

25  
z

VINDICIAE  
LEGITIMORUM NATALIIUM, LIBERORUM  
E MATRIMONIIS S. R. I. PRINCIPUM COMITUMVE  
AUGUSTANAE CONFSSIONI ADDICTORUM, SOLO MUTUO  
SENSU MATRIMONIALI, NEGLECTA OMNI  
SOLEMNITATE ECCLESIASTICA CONTRACTIS,  
NATORUM.

DISSERTATIO INAUGURALIS,  
QUAM  
EX INDULTU INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE  
IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA  
PUBLICAE ERUDITORUM CENSURAE SUBMISIT,  
UBI

*PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE OBTINENDIS*

HONORIBUS

POSITIONES EX OMNIGENO JURE DESUMTAS

PRAESIDE

JOAN. GEORG. SCHLOER,  
J. U. D. DOCTORATUS THEOL. CANDIDATO, EMI-  
NENTISS. AC CELSISSIMI ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGUNT. CONSIL. ECCL. AC SIGILLIFERO, EJUSDEMQUE IN  
ALMA UNIVERSITATE MOG. SACR. CANONUM PROF. PUBL. ET ORDIN.  
FACULT. JURID. ASSESS., ECCL. COLLEGIAT. AD S. CRUCEM EXTRA MUROS  
MOG. ET AD S. JOAN. BAPT. AMOENOB. CANON. CAP. ET RESPECTIVE  
DECANO, ET HOSP. ELECTOR. AD S. JOAN. BAPT. MOG. PAROCHO,

DEFENDENDAS SUSCEPIT

CHRISTOPH. IGNAT. WIESE

ALTAVILLANUS,

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER,

AUCTOR ET RESPONDENS

MOGUNTIAE DIE V. SEPTEMBRIS MDCCLXXXII.

Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. apud Joann. Jos. Alef, Hered. Haeffner,



EMINENTISSIMO

AC

CELSISSIMO

PRINCIPIS AC DOMINO

DOMINO

FRIDERICO

CAROLO

JOSEPHO,

S. SEDIS MOGUNTINAE

ARCHIEPISCOPO,

S. R. I. PER GERMANIAM

ARCHICANCELLARIO

ET

PRINCIPIS ELECTORIS,

EPISCOPO AC PRINCIPI WORMATIENSI,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

M M E N T E M M

A

C E L S I S T M O

O V T M O B A C O M T V O

D O M I N O

R A B E R E R A

O R A A

O M E V O

S. SEDIS MONTINAE

A. R. C. H. E. P. S. C. P. O. S. O.

S. R. L. P. E. R. G. E. R. M. A. N. I. A. M.

A. R. C. H. E. P. S. C. P. O. S. O.

A

O V T M O B A C O M T V O

B I S C O P O A C T R I N C I P I W O R M A T I E N S I

D O M I N O M E O G E M E N T I S S I M O

PR

S

primitia

tituli j

nis ratio

illitatis

habitos

folis ad

minu

EMINENTISSIME  
AC  
CELSISSIME  
PRINCEPS ELECTOR  
DOMINE DOMINE  
CLEMENTISSIME!

*S*tudiorum, patriae usibus pia mente dicatorum,  
primitias, ad TUOS pedes ut deponam, multiplicis  
tituli justitiae, gratitudinis et demississimae subjectio-  
nis ratio a me exigit. Reformidarem tamen et imbe-  
cillitatis meae memor vix auderem, ni paternus, quo  
subditos fovos, affectus et insignis clementia, quae  
folis adinstar radios quaquaversum spargit, labantem  
animum, trepidantemque erigeret, atque reficeret.

*Quod si*

EMINENTISSIME  
AC  
CELESTISSIME  
PRINCEPS ELECTOR  
DOMINVS DOMINVS  
CLEMENTISSIME

Quodsi nomini Sophiae Themidique amabili primi  
studiorum fructus jure litandi sint, TUO, EMI-  
NENTISSIME PRINCEPS! quod  
praeponatur, nullum potest reperiri. Alienus ab eorum  
sententia semper fuisti, quibus literas scire, res Prin-  
cipis dignitate habetur inferior. Per omnes potius  
disciplinas et artes sublime ingenium juvenis circum-  
tulisti, atque inde nil miri, TE aetate adultum Mu-  
sarum

farum literarumque oraculam celebrari. Quanta sint  
TUA in literas merita, de eo perantiqua universitas  
nostra, quae propemodum antiquata et desolata jacue-  
rat, praeter infinita alia Documenta publica, testimo-  
nium perhibere potest inter reliqua luculentissimum.  
Huic Musarum sedi alta praesae caligine sub regimine  
TVO gloriosissimo, coeleste affulsit lumen, quod  
eam in Germaniae oculis reddet splendidissimam. Vix  
lingua

139

ſingulari divini Numinis providentia ſupremum,  
quo in Eccleſia aequè ac Imperio fulges, faſtigium  
conſcenderas, Principaliſ TUA felicitudo, quae in  
reſeſſibus pectoris TUI celſiſſimi diu abſcondita fuit,  
confeſtim ſe extendit ad inveniendâ media, quibus Univer-  
ſitatis Moguntinae flos prorsus immarceſcibilis redde-  
retur. Non minori felicitate ac celeritate ſuperasti im-  
pedimenta, quae cuique vix ſuperabilia videri debebant.

Eloquar.



SERVORUM INFINITUS  
CHRISTOPHORUS IGNATIUS WIESE  
*Altaavillanus.*

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS ELECTORIS  
DOMINI DOMINI  
MEI  
CLEMENTISSIMI

*centissimus, diu denique S. B. et patriae vivas, quam su-  
premam votorum meorum metam ut eo certius obtineam, meis  
annis decerpi, quod S. B. accedat, sincerissime exopto*

centis

culia fuisse. Necum interea est; ferventissimis a caelo  
precibus vitam *S. J. B. J.* in plurimos adhuc annos prosperam  
atque incolumem exorare, ut sic ad magis gloriae augmentum  
et commune subditorum *S. V. O. R. U. M.* solatium diu ad-  
huc *Coesariae*, qua pastor vigilantissimus, diu Imperio, qua  
*Princeps Elector* fidissimus, diu terris *Nequintis*, qua  
*Imperans* desideratissimus, diu almae nostrae *Universi-*  
*tati*, qua *Macedonas*, *Protector* et *Neo-Stundator* munifi-

cultra

inmota est, comitate et clementia tenues has et exiles pla-  
gulas pectoris saltem nelo et ardore in De plenissimi-  
fidissimas interpretes, submississimaeque in De venera-  
tionis meae publicum et perpetuum memento non: **STO**  
sub auspiciis clementissimis cupiunt maturare, ita ut  
suo tempore evadant et Principali benignitate **STO** non  
indignae, et patriae non iniuriae. **STO** in animum,  
magna quondam Numina nonnunquam farre etiam et sale

innata

X X

feris retro posteris aere nostro invidende, ea, quae 1737

Accipe igitur. *GRINCESS OSGTME, a*

*QUAS* celebrandi occasione altum de us sit silentium.

hasce intuearis oculo, quod in tam opportuna virtutes

ut eo benigniori, quae *QUA* est modestia, pagellas

quam impari illa laude prosequi, sicque fore confido,

*QUA* venerabunda mente venerari merita et virtutes,

Eloquar, an silentam? fatius videtur obsequioso silentio

INA

VIND  
RUM  
AUG



tes de  
Frider  
Dachs



DISSERTATIO  
INAUGURALIS JURIDICA

SISTENS

VINDICIAS LEGITIMORUM NATALIUM, LIBERO-  
RUM E MATRIMONIIS S. R. I. PRINCIPUM COMITUMVE  
AUGUSTANAE CONFSSIONI ADDICTORUM, SOLO MUTUO CONSENSU  
MATRIMONIALI, NEGLECTA OMNI SOLEMNITATE ECCLE-  
SIASTICA CONTRACTIS, NATORUM.


P R A E F A T I O.



Ventilabatur per plures annos in Curia feudali Tre-  
virensi et Consilio Imperiali Aulico celebris causa  
inter fratres Wilhelmum et Wenceslaum Comi-  
tes de Leiningen - Dachsburg in Guntersblum ex una, et  
Fridericum Theodorum Ludovicum Comitem de Leiningen-  
Dachsburg - Falckenburg ex altera parte. Casus controver-

A

siae



fiae hic est: Celsissimus Imperii Comes Joannes Ludovicus de Leiningen - Dachsburg superiore seculo cum Comitissa Amalia Sybilla de Falckenstein matrimonium per consuetudinem conjugalem consummavit, seclusa quidem copula sacerdotali, edita tamen sequenti professione scripta, et manu sua signata: *Ich bekenne hiermit vor Gott, der heiligen Dreyfaltigkeit, daß mein bisshero gewesene Baas, Amalian Sybillam, Gräfinn zu Falckenstein nehme und erkläre vor meine rechte und echte Ehegemahl, auch ehelich mit ihr gelebt, das was davon kommen wird, mein Erb und wahres Fleisch und Blut seyn wird, sie auch nimmermehr verlassen will; so wahr mir Gott hilft und sein heiliges Evangelium.* Heydesheim den 20. Aug. 1664. Johann Ludwig Graf zu Leiningen und Dachsburg, Herr zu Aspermont. Ex hac conjunctione praeter filiam natus est 29. Jul. 1673. filius Joannes Ludovicus, cujus nepotes Wilhelmus et Wenceslaus, illustrissimae Gentis de Leiningen et nomine et insignibus ad patris avi que exemplum semper usi, adhuc dum supersunt, splendidissimis etiam muneribus in aulis Electoralibus Trevirensi et Palatina exornati. Ast viva adhuc Amalia Sybilla, contra fidem jurato datam, solemni et publico matrimonio Joannes Ludovicus a. 1678. uxorem sibi junxit Sophiam Sybillam de Westenburg, genuitque ex illa liberos, qui et in allodio et in feudo ipsi succedere, excluso prorsus Joanne Ludovico. Cum postea liti puncto successionis in Dynastiam Imperii Oberstein ortae sese immiscerent praedicti fratres Wilhelmus & Wenceslaus, illisque Carolus Fridericus Wilhelmus regnans Comes in Leiningen - Dachsburg - Hartenburg tum temporis administrator Friderici Theodori Ludovici Comitis de Leiningen - Dachsburg - Falckenburg (praeter alia, quae examinare hujus loci non est) exceptionem deficientium legitimorum natalium oppo-

opponeret, fratres isti die 7. Maji A. 1771 Caesareae Majestati porrexerunt supplicam pro decernenda citatione ex *Lege Diffamari*, in qua contendebant, inter Joannem Ludovicum et Amaliam Sybillam justum ac legitimum matrimonium intercessisse, Amaliam Sybillam inique dimissam, filium denique ex hac conjunctione progenitum a successione legibus et aequitate invitis exclusum fuisse. Adstruxere praeterea, non solum praecessisse sponsalia publica, sed Joannem Ludovicum etiam, labente seculo praeterito, responsis Theologorum et Ictorum utriusque religionis, Colonienfium, Duisburgensium et Amstelodamensium probasse, quod connubium matris omnino validum et legitimum fuerit. Conclusiones supplicae eo direxerunt, ut *Caesarea Majestas dignaretur, citationem ex L. Diffamari contra dictum Comitem decernere; illi terminum praefigere, coram Consilio Imperiali Aulico, tanquam foro in hac causa privative competente, comparendi, et nomine diffamantis Comitis Fridrici Theodori Ludovici factam diffamationem probandi, qua probatione non secuta ut Caesarea Majestas dignaretur, parti adversae aeternum silentium imponere, quaevis jura de meliori reservando etc.* Decreta fuit citatio, et actio ex *Lege Diffamari* instituta. Mox in hoc processu variae typo evulgatae sunt deductiones germanicae, prima sub titulo: *Widerlegte Provocation, welche die Herren Gebrüdere Wilhelm und Wenzel, so sich Grafen zu Leiningen genannt, in Consilio imperiali aulico, Anno 1771. gegen den regierenden Herrn Grafen zu Leiningen Dachsburg - Falkenburg angestellt, zu Belehrung der höchsten Reichsgerichte und Lehnhöfe sowohl, als des Publici.* Hanc mox sequebatur secunda inscripta: *Ausführliche Beantwortung derer Scheingründe, welche die Herrn Gebrüdere Wilhelm und Wenzel, so sich Graven zu Leiningen-*

Dagsburg in Guntersblum nennen wollen, zu Behauptung ihrer verschiedentlichen ungegründeten Ansprüche aufzustellen bemühet sind. Verfasset von Philipp Jakob Rühl Hochgrävlich Leiningen-Dagsburgischen Hof- und Regierungs-Kanzley-Rath. Carlsruhe 1774. Huic deductioni opponeretur tertia A. 1775. sub titulo: Vorlegung der Gründe, aus welchen die Herrn Gebrüdere Wilhelm und Wenzel, Grafen zu Leiningen Dachsburg in Guntersblum, ihre rechtmässige Gräflich-Leiningische Familien- und Successions-Rechte behaupten. Contra hanc deductionem prodit A. 1776. quarta sub rubro: Unumstößliche Abfertigung der sogenannten Vorlegung der Gründe, aus welchen die Herrn Gebrüdere Wilhelm und Wenzel Grafen zu Leiningen-Dachsburg in Guntersblum, ihre rechtmässige Gräflich-Leiningische Abstammung und damit verbundene Gräflich-Leiningische Familien- und Successions-Rechte behaupten. Wodurch aber bemeldete Gebrüder weder den ihnen nicht gebührenden Titel eines Grafen zu Leiningen Dagsburg in Guntersblum, den sie sich anzumassen unterstehen, noch die von ihnen erträumte Rechte zu retten vermögend sind. Cum interea haec causa coram supremo Consilio Imperiali Aulico usque ad septuplicas agitata fuisset, haec sextuplicae, et septuplicae ceu praetensa sextuplicarum refutatio uno volumine impresso junctae typo editae sunt Mannhemii 1778. sub titulo: Vollständiger, und (wie man selbst sagt) zusammenhängender Rechts-Beweis, dergleichen noch in keinem Rechtshandel ein besserer geführt worden; in Sachen derer Herren Gebrüdere Wilhelm und Wenzel, so sich Grafen zu Leiningen-Dagsburg in Guntersblum nennen wollen; contra den regierenden Herrn Grafen Carl Friderich Wilhelm zu Leiningen und Dagsburg Citationis ex lege diffamari aufgestellt, und deducirt von Johann Heinrich Tabor, Fürstlich-Solms-Braunfelsischen Geheimden Rath, wie auch

ver-



verschiedener Höchst- und hoher Reichs - Stände Hofrath und einer löblichen onmittelbaren freyen Reichs - Ritterschaft am Mittelrhein Syndicus; geprüft und widerlegt von Philipp Jakob Rühl Hochgräflich-Leiningen - Dagsburgischen Hof- und Regierungs - Canzley Rath. Colophonem denique imposuit illa, quae in refutationem prioris A. 1780. prodiit, et inscripta est: *Status causae Leiningen Dachsburg - Guntersblum gegen Leiningen - Hartenburg, bey einem Höchstpreislichen Kayserlichen Reichs - Hof - Rath anhängig citationis ex Lege Diffamari.* Neque iudicia tantum perserepuit haec controversia, sed academicis etiam exercitationibus materiem praebuit; Celeberrimus enim in Univerlitate Gissensi Jur. Antecessor CHRISTIAN. HARTMANN SAMUEL GATZERT, modo Seren. Hass. Landgrav. a Consil. Sanctior. et supremi appellationum, quod Darmstadii est, Tribunalis Adessor, in favorem Illustrissimi Domini Comitis de Leiningen - Dachsburg - Falkenburg Friderici Theodori Ludovici, edidit Gissae 1773. Prolusionem academicam de S. R. I. Principum Comitumve liberis ex matrimonio conscientiae illegitimis. Econtra causam illustrissimorum fratrum Wilhelmi et Wenceslai defendit Cl. FRANCISCUS GEORGIUS DITTERICH Sereniss. Principis Salm - Salmensis regnantis Consiliarius Aulicus actualis, et in Univerlitate Argentoratensi SS. Canonum Professor in Tractatione juridica de legitimis natalibus inter Illustres praesumendis. Argentorati 1776. Huic prolusio Cl. GATZERT omnino ignota fuisse videtur, cum nec verbulo ejus mentionem fecerit, multo minus argumenta in ea prolata removerit. Dignum omnino mihi visum est, speciminis inauguralis loco Vindicias legitimorum natalium, liberorum e matrimoniis S. R. I. Principum Comitumve A. C. addictorum, solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta omni solemnitate ecclesiastica contractis, natorum contra

*Celeberr. GATZERT* suscipere, et quidem eo magis, cum nullus adhuc, quantum scio, argumentis a viro hoc celeberrimo prolati data opera, speciali quadam tractatione satisfecerit. Demonstraturus igitur, liberos, e matrimoniis S. R. I. Principum Comitumve A. C. addictorum, solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta omni solemnitate ecclesiastica contractis, natos, pro legitimis esse reputandos, in Cap. I. Dissertationis meae argumenta sistam, quae in contrarium obmovit *Cl. GATZERT l. cit.*, in Cap. II. proferam ea, quae pro legitimis ejusmodi liberorum natalibus pugnant, denique in Cap. III. argumentis a *Cel. GATZERT* productis satisfaciam.

## CAPUT I.

REFERUNTUR FUNDAMENTA *Cl. GATZERT*,  
QUI LIBEROS, E MATRIMONIIS S. R. I. PRINCIPUM COMITUMVE A. C. ADDICTORUM, SOLO MUTUO CONSENSU MATRIMONIALI, NEGLECTA OMNI SOLEMNITATE ECCLESIASTICA CONTRACTIS, NATOS ILLEGITIMOS ESSE CONTENDIT.

### §. I.

**Q**uod matrimonia Principum Comitumque Imperii Catholicorum, quae spretis Ecclesiae ritibus et sine Parocho ac testibus, sicque contra dispositionem sacrosanctae Tridentinae Synodi (a), in locis, ubi haec Synodus est promulgata,

---



(a) *Sess. XXIV. de Reformat. matrim. C. I.* verbis: qui aliter -- contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit.

mulgata, contrahuntur, irrita omnino sint, et tanquam clandestina omni robore effectuque destituantur, veritas est Catholicis extra omnem controversiam posita; hi enim non minus ac privati sanctissimo religionis vinculo adstringuntur, ne in contrahendis matrimoniis saluberrima Ecclesiae praecepta ullatenus violent; atque eatenus consentientem me habet *Cl. GATZERT*, dum suam sententiam negantem quoad Catholicam religioni addictos probat (b). Quod autem etiam matrimonia a Principibus Comitibusque Imperii Augustanae Confessioni addictis neglecta omni solemnitate ecclesiastica contracta omni valore & effectu destituantur, sequentibus conatur evincere:

I. Cogitationum suarum interpretem producit *Perill. MOSERUM* (c) rationes ita subducentem: *Gleichwie eine unter allen drey Religions-Verwandten in Deutschland ausgemachte Sache ist, daß Ehe-Sachen Gewissens-Sachen seyen, welche sich nothwendig und unumgänglich nach den principiis religionis richten müssen; also ist auch deme zu folge, allerdings als ein unbeweglicher Grund-Satz fest zu stellen, daß, in so ferne die Ehe-Sachen das Gewissen betreffen, selbige allerforderist nach denen Sätzen der Religion, welchen eine Person beypflichtet, zu beurtheilen seyen, und die effectus civiles sich darnach richten müssen. Die Catholische seynd in diesem Stück so bescheiden und lassen es sich nicht einfallen, in Ehen-Sachen anderst als nach den principiis ihrer Religion zu verfahren, verlangen auch nicht anderst, als nach denselben, judicirt zu werden. Einige Evange-*  
sche

(b) *In Disf. cit. §. 3.*

(c) *Im T. Staats-Recht P. XVIII. pag. 494. seq.*



sche publicistische Esprits Forts hingegen wollen gar alle Barriere einreisen, Seynd flugs mit der Souveraineté der Evangelischen Stände in Glaubens- und Gewissens-Sachen da, wollen gleich ad jus naturae (welches sie sich nach ihrer Phantasie und Interesse bilden, wie sie wollen) und ad jus gentium recurriren, und machen es in effectu nicht besser, als jener Reichs-Ritter, der, als ihm sein Pfarrer das 6te Gebot vorhielte, aus Dummheit oder Bosheit antwortete: Es seye erst zu untersuchen, ob die Reichs-Ritterschaft auch in das sechste Gebot consentirt hätte, und ob es ihren juribus nicht nachtheilig seye? dahero jezuweilen, zur Bemäntelung grosser Herrn Excesse öffentlich solche abentheürliche und scandalose Sätze verföchten werden, das, wann diese die Meinung der Evangelischen Kirche wäre, die Catholische uns Recht thäten, wann sie uns vor Unchristen, ja für ärger, als Türcken, Juden, und wohlgestittete Heyden hielten. Es stehet von dieser angeblichen Souveraineté kein Wort in denen Reichs-Grundgesetzen, noch kann solche durch eine vernünftige Folgerung daraus hergeleitet werden, wohl aber lässet sich das Gegenheil augenblicklich darthun. Dann die Catholische haben mit Augspurgischen Confessions-Verwandten, und nicht mit Freygeistern oder Naturalisten, den Religions- oder Westphälischen Frieden geschlossen: gleichwie nun bereits anderwärts zur Genüge dargethan worden ist, das die Catholischen dieses nicht misbrauchen und es au pied de la lettre der Augspurgischen Confession nehmen dürfen; also ist hinwiederum dem Recht und Billigkeit gemäfs, das sich ein der Augsp. Confession zugethaner, und unter deren Schutz, des Religions- und Westphälischen Friedens geniesfender Reichsstand in Gewissens- folglich auch in Ehe-Sachen, nach deme richte, und richten lasse, was zur Zeit des geschlossenen Religions- und Westphälischen Friedens denen allgemeinen Lehr-Sätzen der Augspurgischen Confessions-Verwandten  
(dann

(dann singulair und extravagante Köpfe und Meinungen hat es allezeit gegeben.) gemäß gewesen ist, und der Kayser, *quae custos et executor legum publicarum*, und die Catholische, *quae Compaciscentes*, haben ein *jus perfectum*, darauf zu dringen.

§. II.

II. *Recte monet MOSERUS (a) hanc unam omnium Evangelicorum tempore Pacis religiosae et Westphalicae fuisse sententiam, quod sacerdotalis benedictio necessario requiratur ad matrimoniorum essentiam, justa hac conclusione subjuncta, dass deshalb auch die Evangelische Reichs-Stände noch jetzo sub poena nullitatis daran gebunden seyen. Et quamvis Lutherus quidem copulam sacerdotalem magis habuisse videatur solemnitatis piae arbitrariae instar (b) expressim tamen alias personarum illustrium matrimonia clandestina et conscientiae, quoad sobolem inde nascituram, illegitima eundem pronunciasse patet ex sequentibus. Ait enim: der Fürsten und grosser Herrn heimliche Ehe ist eine rechte Ehe für Gott, ob sie gleich ohne alles Gepränge und Herrlichkeit zugehet, und dass die Kinder, so darinnen gezeugt werden, weder Schild noch Helm führen, und ist nicht ungleich der Patriarchen und Erzväter*

B

Con-

(a) *Im T. Staats-Recht P. XIX. p. 457. LEYSERUS ipse tempus, ex quo inter Evangelicos sacerdotalis copula relata fuerit inter connubiorum essentialia, a Lutheri inde aetate determinat Spec. § 85. m. 1. 14. p. 204.*

(b) *Ut probat locus praefationis des Trau-Büchleins apud LEYSERUM l. c. p. 205.*

*Concubinat, und Ehe, da die Kinder, so sie mit ihren Kebsweibern gezeugt hatten, nicht rechte Erben waren, sondern wurden mit einem Genannten abgespeiset (c).*

§. III.

III. *Aliud argumentum universalis et publica consuetudo subministrat in Imperio R. G. post hominum memoriam recepta. Perpetuo enim atque uniformi usu nimio plus comprobatum est, Ordines Imperii Evangelicos cum ad procurandam matrimoniis suis validitatem, fidem auctoritatemque publicam, tum ad legitimae potissimum nativitatis jus atque effectum procreandae soboli comparandum, hierologiae pium ritum aequae omnino necessarium semper inter se putasse, atque ille ex jussu legum ecclesiasticarum in connubiis privatorum in Germania est. Ex adhibitis demum solemnibus ecclesiasticis et vera et legitima Principum nostrorum conjugia aestimari, nec feminam illustrem ante benedictionem sacerdotalem thorumque jura uxoris verae atque legitimae adipisci, sed illa neglecta concubinae potius instar censei (a), omnis aevi experientia testatur.*

§. IV.

---

(c) In den Tischreden Tit. XLIII, vom Ehestande p. 400.

(a) *Vid. Entwurf eines deutschen Fürsten-Rechts Seit. III. C. 2. §. 216. p. 365. Faciunt huc, quae habet b. ESTOR in der bürgerlichen Rechts-Gelehrsamkeit der Deutschen Vol. I, §. 728. sequentibus: unterbleibet die Trauung, so wird dergleichen beym niedern Adel, Bauern, und Bürgern, als eine Hurerey bestrafet; hingegen wird bey dem hohen Adel eine solche Weibsperson für eine Maitresse gehalten, oder die Beywouung eine Mariage de Conscience genennet.*

## §. IV.

IV. *Siquis hierologiam ob Imperii rationem pactaque publica hodie adhuc inter essentialia matrimonii Procerum Evangelicorum referendam esse inficias iverit: concedere tamen illum oportet, eosdem legibus ecclesiasticis hac ex parte jam dudum libera pactone tacita semet ipsos subjecisse (a), suaque sponte sacerdotali copulae talem vim atque naturam attribuisse in connubiis*

B 2

suis;

(a) *Causas, quibus moti Principes ritui hierologiae se submiserint, BOEHMERO in I. E. P. Lib. IV. Tit. III. § 55. nemo exposuit melius. Notum est, inquit, quod 1) plerique adhuc principiis juris canonici imbuti sint, secundum quae matrimonia aestimant, et a concubinato distinguunt, adeoque facile contingere posset, ut liberis ex tali matrimonio natis postea jus succedendi in dubium vocaretur, tanquam ex illegitimo matrimonio natis; quale periculum quoque ipsi Augustae imminere posset, si solemniter marito suo non esset conjuncta. Quo graviores autem effectus ex hujusmodi matrimoniis redundant, eo majore circumspectione opus est. 2) Adsunt plures leges publicae in papatu natae, quae matrimonium secundum morem ecclesiasticum contractum desiderant, eique soli effectus veri matrimonii adscribunt, qui facile postea in dubium vocari possent, si haec solennitas ecclesiastica omitteretur, praesertim quum suprema Judicia priscis juribus tenaciter insistere soleant. 3) Vix quoque concubinitus a matrimonio legitimo discerni posset, si haec solennitas omitteretur, qua hodie matrimonium a concubinato discernitur. Ad minimum metuendum esset, ne postea tali matrimonio concubinitus species affingeretur. Nullae sunt graviores contentiones, quam de principatibus et regnis, adeoque ad has praecavendas Principes communi opinioni magis se accommodare, quam suo jure uti debent. Denique 4) vulgata est sententia, Principes inter se uti jure privatorum. Quae quamvis hic non adeo commode applicari possit; ad minimum tamen insignem juris praetextum praebet, facitque, ne Principes hoc quoque jus, quo subditi inter se utuntur, negligere aut omittere queant.*

suis; a qua, tanquam forma principe et conditione sine qua non, ut dici asolet, valor eorum totus nunc dependeat, et a cujus receptae obligationis vinculo nemini amplius integrum sit recedere. Ut vero etiam, quod caput est, ex ore Principum ipso probem, illos hodie, omnino uti apud privatos, legitimam liberorum suorum qualitatem aliam plane non agnoscere inter se, quam quae descendit ex copula parentum sacerdotali rite adhibita; e sexcentis Actorum publicorum exemplis aliis, quae utraque pagina id docent, appellasse tantum in praesens sufficiat libellos jurium in causa Mömpelgardensi post mortem Leopoldi Eberhardi Ducis luce publica donatos, eum inprimis, qui sequenti inscriptione ornatus est: *Catalogus dererjenigen documentorum, durch welche die abscheuliche Betrügereyen, die wegen der vorgeblichen Ehen des a. 1723. verstorbenen Herrn Herzogs Leopold Eberhards von Würtemberg Mömpelgard von dessen Concubinen und unächten Kindern gespielt worden, überzeugend dargethan werden (b).*

### §. V.

V. *Jurisprudentiae illustrium privatae Doctores in tradendis iis, quae ad connubia Principum Comitumque in Germania requiruntur, benedictionem sacerdotalem tum ex doctrina Perill. PÜTTERI (a) illis annumerant, quae observantia omnium fere Principum communi definiuntur, tum exemplo b. NEUMANNI (b) tacitis conditionibus accensent; quae desponsationibus Principum*



vi

(b) Extat apud MOSERUM im Staatsarchiv 1753. P. IV. C. 13. P. V. C. 1.

(a) In Prim. lin. jur. privati Principum. §. 70.

(b) De Matrimon. Principum Tit. X. §. 149. p. 95.





vi consuetudinis insunt; tum omnia, quae ad eam pertinent, cum ill. SELCHOVIO (c) ex juris privati placitis unice dijudicant; tum, quo personas illustres ad illam in nuptiis suis adhibendam firmiori vinculo obligent, ob usum hierologiae in matrimoniis omnis conditionis personarum per totum fere christianum orbem ex recepto Ecclesiae pio instituto a pristinis inde temporibus perpetuo servatum, eandem adeo inter praecepta juris gentium christiani nominis referunt. Hujus sententiae rationes egregie ita subducit STRYCKIUS (d): stringit, inquit, haec benedictio sacerdotalis non modo privatos et inferiores, sed ipsi Reges et Principes in conscientia obligantur, ad illam adhibendam, quatenus haec ceremonia in illorum regnis et provinciis recepta; cum nihil juri divino adversi haec constitutio ecclesiastica disponat et Principes suo exemplo ordinem in Ecclesia servare teneantur. Quapropter neglecta hac sacerdotali benedictione, liberi ex clandestina quadam uxore suscepti merito pro illegitimis reputantur. Verum his graviter obstare videtur, quod hierologia demum legibus humanis introducta, quibus soluti sunt Principes: ast utut hoc in genere largior, hoc tamen casu vix est, ut argumentum procedat; postquam communiter placuit Regibus ac Principibus, huic ritui se submittere, et communi consensu eundem approbare, ita ut omnes liberos extra matrimonium hoc ritu celebratum natos a successione in regnum et principatum repellere soleant, ut ita necessitas hierologiae inter christianos Principes sit quasi juris gentium red-dita (e). Neque proinde amplius mirum est, plures etiam aliq

B 3

ex

(c) In Elem. Jur. Publ. P. II §. 546.

(d) De liberis naturalibus Regum & Principum C. I. n. 24.

(e) Longius adhuc progreditur LUDEWIGIUS, dum statuit, souveraine Herrn, im Fall dieselbe die Trauung unterlassen wollten, würden in der ganzen

ex numero illorum, qui personas illustres Evangelicas legibus ecclesiasticis de hierologia latis solutas esse in universum praedicant, easdem nihilo secius ob receptum inter se istius usum devinctas esse putare ad eam in suis nuptiis necessario adhibendam, quorum ex coetu BOEHMERUM (f), TITIUM (g), et SCHMIDIUM (h) nominare satis est.

## §. VI.

ganzen Christenheit sowohl, da solche durchgehends eingeführet; als auch bey Juden und Heyden, die nach ihrer Art trauen, Gegenstand finden, davon die Wirkung diese seyn dürfte, das solche Beywohnung niemand vor ehelich achten möchte. Ita ratiocinatur in der re. hili. hen Erläuterung der priesterlichen Trauungen, quam habes in den hallischen gelehrten Anzeigen Vol. I. N. CXI §. 4. p. 350. Juris quoque naturalis benedictionem esse post PAUL. CYPRAEUM et HENNING. ARNSAEUM arbitratur CARPZOVIVS in Jurispr. Const. Lib. II. Def. 142. n. 13.

(f) Supra, inquit, ex variis rationibus observavi, Principes sese submississe legi de hierologia adhibenda vel ad minimum de matrimoniali consensu publice et sollempniter declarando, adeoque tali conditione posita, clandestina cohabitatio licita amplius esse nequit, in loc. cit. J. E. P. §. 58. Recte hinc IDEM in Instit. jur. can. L. 4. T. 3. §. 7. affirmavit, distinguere eam matrimonium a concubinato, et aequè in Germania a Protestantibus cujuscumque sortis servari. Praeceptum de benedictione sacerdotali adhibenda interpretatione et observantia ecclesiastica universalis per Germaniam perinde acceptum esse, ac si poena nullitatis esset munitum, docet Perill. BOEHMERUS in Prin Jur. can. §. 370.

(g) Im deutschen geistlichen Recht. Lib. 4. Sect. 2. §. 29.

(h) In Institut. jurisprud. eccles. §. 239.

## §. VI.

VI. *Adstipulatur b. CRAMERUS (a) qui persuasissimum sibi esse adserit, clandestinos illustrium Virorum filios, qui ex ejusmodi matrimonio in lucem editi sunt, sive mater plebeja, sive nobilis fuerit, spe omni excidere, perveniendi aliquando ad ecclesiasticos et equestres honores, soli avitae et intaminatae nobilitati reservatos.*

## §. VII.

VII. *Aulae Caesareae jam ante Reformationis tempora ipsa haec stetit sententia, postea Catholicorum intuitu aequae parum ac Evangelicorum immutata: notabili admodum exemplo illustrare liceat, quod in celsissima familia S. R. I. Comitum, nunc Principum Schwartzenbergensium, vergente Seculo XVI. contigit. Lis erat inter primi thori legitimos liberos MICHAELIS I. ejusdemque posteros, qui nomine, dignitate atque insignibus excelsae domus a longo inde tempore usi ex secundis illius nuptiis procreatos se jactabant; quibus tamen defectum copulae sacerdotalis opponerent adversarii, merum concubinatum eas arbitrati. Discussa itaque causa FRIDERICUS III. Imp. a. 1484. edicto publico per Imperium R. G. prohibuisse legitur: „Das niemandt selbige „für Herrn zu Schwarzenberg hinführo mehr nennen, halten, „heissen, noch schreiben, noch den ihrigen zu thun gestatten; noch „sie auf Tügen, Versammlungen, noch andern Enden an Herren „Statt nicht setzen solle, bey Kayserlicher schwehrer Ungnad „und*

(a) *In Tr. de juribus et praerogativis Nobilit. avitae, C. IV. §. 6. p. 241. seq.*

„und Straf, so lang, bis genugsam beygebracht werde, das vor  
 „ihrer Geburth ihr Vater und Mutter, nach Ordnung und Auf-  
 „setzung der heiligen Kirche, einander ehelich gehabt hätten.“  
*Ast recruduit controversia superiori seculo, postquam diem su-  
 premum obierat GEORGIUS LUDOVICUS Comes. Schwarzenber-  
 gici enim nominis in Frisia Comites, istius prolis illegitimae pro-  
 genies ulterior, contra Comitem JOANNEM ADOLPHUM in Fran-  
 conia, succedendi in defuncti bonis praecipuum jus sibi vindicare  
 annitebantur in Consilio Imperii Aulico. Quum vero probatio-  
 nem Ediçto Fridericiano injunctam penitus deficere animadver-  
 teret, a limine judicii actores ob majorum natales illegitimos  
 mense Martio 1672. justissime repulit augustissimum Tribunal.(a)*

### §. VIII.

VIII. *Sententia contraria splendori ac dignitati familiarum  
 illustrium vehementer adversatur, eidemque plane minatur rui-  
 nam. Praetermittere enim hoc justarum nuptiarum testimonium  
 publicum si impune possunt Principes: quae tuta unquam erit  
 familia a clandestinae cohabitationis prole, ejusque cum prole  
 justi thori aeterna confictione; quae jura et incontaminata avi-  
 tae nobilitatis propagatio; quae certa legitimae tantum sobolis  
 successio, et quaenam deinde praerogativa matrimonii sollempnis  
 et publici prae clandestino, si ex utroque liberi legitimi suscipiun-  
 tur. Tantum abest, ut tale quid in mentem unquam venerit  
 Principibus Evangelicis: ut e contrario potius, teste Perill.  
 Mo-*

---

(a) *Totam relationem Causae, quam dicunt insigni eruditione refertam, servavit nobis ejus auctor, magni nominis ANDLERUS in Jurisprud. Publ. et Priv. Lib. II. Tit. 26. per tot.*

MOSERO (a) praeter copulam sacerdotis matrimonialem coram toto populo nuptiarum plerumque postridie in aede sacra publicam benedictionem aliam sibi adhuc dari saepius olim curaverint novi conjuges. Magis hic, quam inter privatos, ut solemni ritu fiant matrimonia, omnino interest: et si quis cum BOEHMERO (b) jus Principibus hac in re non resistere putet, cum eodem tamen rationem status praesentis iis simpliciter ob stare largietur, quominus copulam sacerdotalem omittere queant. Egregie huc faciunt, quae in deducione *Württembergica* hunc in finem leguntur (c): Le Mariage étant le fondement de la société civile est de trop grande importance, pour qu'on eut pu laisser à cet égard à un chacun la liberté de suivre ses passions, et ses phantasies, rien ne doit être plus sacré, que les loix, qui sont introduites sur ce sujet chez toutes les Nations chretiennes, et que ces loix doivent servir de regle non seulement pour les mariages de particuliers, mais qu'il est juste, qu'on les observe de même dans les mariages des Grands, avec d'autant plus de delicatesse, que la dignité, qu'ils tiennent dans la société, en augmente l'importance et rend leurs actions d'une conséquence d'autant plus grande.

## C

## §. IX.

(a) *Im teutschen Hofrecht. T. I. Lib. IV. Cap. 2. §. 36. p. 585.*

(b) *I. E. P. l. c. §. 55.*

(c) *Vid. Remarques sur les reflexions faites au nom de Mr. le Comte George Leopold de Sponeck au sujet du Factum, que la serenissime Maison de Wurtemberg a été forcée de communiquer au public, touchant les pretendus mariages de feu Mr. le Duc de Montbeliard. p. 6.*

## §. IX.

IX. *Celebre exemplum filii ex concubina 1553. publice aucta progeniti, cui deinde RUDOLPHUS II. Imp. 1609. ad preces Comitum Wetteravicorum titulo paterno Comitis, quo utebantur, interdixit, historia domus Isenburgicae in Joanne Ottonne, Antonii Comitis filio, suppeditat, de quo plura occurrunt in summarischen Bericht der zwischen Herrn Ludwigen Landgrafen zu Hessen etc. und Herrn Wolfgang Ernsten Gr. zu Tsenburgk etc. streitigen Alienations-Sachen betreffend 1619. fol. Adj. sub Litt. T. Z. AA. p. 141. - 149.*

## §. X.

X. *Quamvis soboles personarum privatarum A. C. addictarum, quae per aliquod tempus consortio et amore conjugali invicem junctae fuerunt, legitima censei soleat, licet nexus parentum sacerdotali copula nunquam confirmatus fuerit (a); haec tamen non regulae vicem sustinent, sed exceptionis. Extra ordinem enim atque ex speciali tantummodo causa effectus civiles conjunctioni forma ecclesiastica destitutae tunc demum tribui solent, quum propter casum contumaciamve partis alterius accedere haec non potuit; ita quidem, ut secundum communem sententiam natus ex sponsa legitimus praedicetur, si vel dolo sponsi vel alterutrius morte jungi sponso per benedictionem sacerdotalem fuit impedita (b).*

## CAPUT

(a) PALAEOUS de Nothis et spuriis C. 19. n. 11.

(b) Atque haec est sententia MÜLLERI in *Disf. de Hierologia Sæc. I. th. 9. MEVII P. II. Dec. 81. CABPAZOV. P. III, C. 14. D. 12. BRUNNEMANN.*

## CAPUT II.

PROPONUNTUR ARGUMENTA, QUAE LIBEROS E MATRIMONIIS S. R. I. PRINCIPUM COMITUMVE AUGUSTANAE CONFESSIONI ADDICTORUM, SOLO MUTUO CONSENSU MATRIMONIALI, NEGLECTA OMNI SOLEMNITATE ECCLESIASTICA CONTRACTIS NATOS LEGITIMOS ESSE EVINCUNT.

## §. XI.

**E**viçturo mihi, liberos e matrimoniis S. R. I. Principum Comitumve Augustanae Confessione addictorum, solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta omni solemnitate ecclesiastica contractis natos pro legitimis habendos esse, nil aliud demonstrandum est, quam nuptias inter ejusmodi personas illustres tali modo contractas, pro veris et omnino legitimis reputandas esse; hoc enim demonstrato, pronõ fluit alveo, liberos inde progenitos jure legitimorum gaudere, siquidem legitimi dicantur liberi, si ex justis nuptiis, licet putativis, sint concepti (a). Quod autem matrimonia

C 2

monia

---

NEMANN. Cent. 4. Dec. 47. NAEVII in jure conjug. Cap. V. §. 10. BOEHMERI in Princ. Jur. can. §. 373. KOCHII in succesf. ab intest. §. 22. et plurium aliorum a WALCHIO idem sentiente, in Introd. in Controv. Jur. civ. Sed. II. C. 4. m. 5. §. 3. p. 208. commemoratorum.

(a) Egregie hoc explicat DESIDERIUS HERALDUS rer. et quæst. quotid. Lib. I. Cap. I. n. 2. scribens: *Natura a legibus temperata, et iis obsequens*

monia S. R. I. Principum Comitumve A. C. addiكتورum absque omni solemnitate ecclesiastica contracta valida sint et legitima, sequentia rationum momenta demonstrant.

I. Quodsi cum fundamento adstrui posset, matrimonia a S. R. I. Principibus, Comitibusve A. C. addiكتورis solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta copula sacerdotali, contracta vitio nullitatis laborare, atque pro illegitimis habenda esse, tunc nullitas vel in defectu quodam substantialium matrimonii constitutorum, vel in eo, quod matrimonium ejusmodi contra formam in legibus praescriptam contractum sit, fundaretur; poena enim aut nullitas actus sine lege, aut defectu quodam in substantialibus cogitari non potest. Quod autem ad substantiam matrimonii solus consensus matrimonialis sufficiat, neque solemnitas quaedam alia ecclesiastica requiratur, ipse matrimonii conceptus sat clare jam indigit. Matrimonium quoad sui substantiam consideratum nil aliud est, quam societas personarum diversi sexus ob mutuum adiutorium intuitu sobolis procreandae atque educandae contracta (b); sed haec societas instar cujuscunque alius societatis seclusa omni solemnitate contrahi potest. Praeterea quoad solemnitates privatorum nuptiis praescriptas dispensari potest, quod

---

*sequens procreat liberos legitimos. At natura vaga, ac legibus soluta, et libertate sua lascivens procreat quidem liberos, sed quos lex, quandoquidem naturae solius opus sunt, legum forma non adhibita, naturales tantum appellat, atque sic liberi naturales sunt, non legitimi.*

(b) H. G. SCHEIDEMANTEL *Leges naturales systematice pertractatae P. II. Lib. III. Tit. 2. §. 413.*



quod certe fieri nequiret, si ad substantiam requireretur, siquidem substantialia negotii nullo modo abesse aut separari possint. Neque est, cur demonstrationi veritatis de se jam planae ulterius immerer, praecipue cum COTHMANNUS (c), BOECKELMANNUS (d), BRÜCKNER (e), PEREZ (f), J. G. BAUER (g), JUSTI (h), HILDEBRAND (i), SAHME (k), et P. MÜLLER (l), alique quoad hoc punctum otium mihi fecerint.

## §. XII.

Quam parum igitur adstrui potest, copulam sacerdotalem, aliasve solemnitates ad matrimonii substantiam requiri; tam certum quoque est, copulam hanc ecclesiasticam ex nullius legis dispositione ad matrimonii, quod Principes Comitesve A. C. addicti contrahunt, valorem

C 3

esse

(c) Vol. I. Consilior. Conf. X. et LXXVIII.

(d) In Disfert. inaug. ad L. 22. C. de nupt.

(e) In Decif. matrim. C. 1. n. 57.

(f) Ad cod. tit. de nupt. n. 12.

(g) In Disf. de concubitu matrimonii perfectione ante copulam sacerdotalem Lipsiae 1747.

(h) Rechtliche Abhandlung von den Ehen. §. 7.

(i) De Nupt. vet. Christ.

(k) De matrimonio legitimo absque benedictione sacerdotali.

(l) In Disf. de hierologia, th. 6.

esse necessariam. Quantum ad legem omnium primam, naturalem scilicet, attinet, praeter CARPZOVIVM (a) vix ququam alius reperiri poterit, qui copulam sacerdotalem matrimonii adhibendam jure naturae praeceptam, proindeque a matrimonio inseparabilem esse contendat. Atque cum singulari CARPZOVII opinioni communis omnium juris naturalis Doctorem sententia e. c. L. B. A PUFFENDORF (b), GUNDLING (c), DAN. NETTELBLADT (d), TESMAR (e) contradicat, vix operae pretium erit, diutius huic immorari. Extant quidem, non disliteor, copulae sacerdotales vestigia in monumentis multarum priscarum gentium non christianarum. Sic quantum ad Romanos OCCO et BIRGAUS (f) COMMODI nummum recensent, in quo sacerdos, et (g) binos alios, in quibus Virgo vestalis COMMODUM et CRISPINAM nuptias facientes et manus jungentes copulant, cum inscriptione: VOTA PUBLICA. Similem TRAJANI et SABINAE nummum cum inscriptione: CONJUGIVM AVGVSTI. iidem (h) habent; Verum ex his aliisque exemplis jus naturae aut gentium exsculpere velle ridiculum est.

## §. XIII.

(a) *In Jurisprud. consist. Lib. II. Tit. 8. Def. 142.*

(b) *De jure natur. et gentium Lib. VI. cap. 1. §. 14 et 36.*

(c) *In dem ausführlichen Discours über das Natur- und Völker-Recht, cap. 27. §. 10.*

(d) *In system. element. univ. jurisprud. natur. §. 808.*

(e) *In notis ad Hugon. Grotium de jure belli et pac. Lib. II. cap. 5. §. 9.*

(f) *In Imperatorum Romanorum numismatibus pag. 243.*

(g) *Pag. 259.*

(h) *L. cit. p. 167.*

## §. XIII.

Neque etiam dici potest, copulam sacerdotalem juris divini positivi esse, nam neque in vetere, neque in novo testamento usquam expressum mandatum habemus de solemnitate et ecclesiastica copula sacerdotali. Provoquant quidem nonnulli cum SAM. SCHELVIGIO (a) ad nuptias Adami cum Eva ab ipso Deo conciliatas ac benedictione firmatas (b), idem ad dictum Christi (c): *quod Deus conjunxit, homo ne sejungat*. Verum confundunt hi benedictionem divinam cum copula sacerdotali. Illa genus mortalium universum foecundum redditum est, vi omnipotentis verbi divini: *crescite et multiplicamini*. Sine hac vero copula sacerdotali foecundum est genus humanum, ergo ad hanc probandam frustra ad divinam benedictionem in primaeva creatione provocatur, proin recte cum communiori statuitur, ex citatis scripturae locis nullam adhibendae copulae sacerdotalis necessitatem erui posse (d). Imo probabilior videtur mihi sententia eorum, qui tradunt copulam sacerdotalem publicam, quae fit in facie Ecclesiae, in primitivis et purissimis Ecclesiae temporibus incognitam fuisse, aut saltem non ita cognitam, ut ad valorem matrimonii necessaria habita fuerit. Certe ex veteris Ecclesiae archivis nullum publicum docu-

(a) *In Diss. de Antiquitate consecrationis nuptialis §. 4.*

(b) *Genes. I, 28. et II, 22.*

(c) *Math. XIX. 6.*

(d) *Conf. JO. ALEXAND. PAGENSTECHEER Diss. benedictionem sacerdotalem non esse de essentia matrimonii §. 5. JO. GERH. de Conjug. §. 411.*

documentum produci potest, quod fidem luculentam faciat, copulae sacerdotalis usum istis temporibus vel receptum vel ad substantiam matrimonii necessarium fuisse, ceu invicte demonstrarunt PFANNERUS (e), BASNAGIUS (f), KAYSERUS (g), SELDENUS (h), JAC. GOTHOFRED (i), SAHME (k), JO. TOB. CARRACH (l), alique, ad quos brevitatis studio lectorem benevolum remitto.

#### §. XIV.

Quam parum ex jure naturali aut positivo divino evinci potest, copulam sacerdotalem ad valorem matrimonii requiri; tam certum etiam est illam, si lis ex legibus humanis communibus decidenda veniat, nec ad matrimonii validitatem, nec ad id, ut liberi habeantur legitimi, pertinere. Quantum ad jus canonicum attinet, non diffiteor copulam sacerdotalem in nuptiis antiquam esse et apud christianos  
jam

(e) *In observation. ecclesiast. P. II. obs. ult.*

(f) *In Disf. de l'histoire des'ouvrages de sçavans.*

(g) *In Disf. de jure Principis Evangelici circa divortia cap. 2. §. 11. item Proluf. academ. origines benedictionis sacerdotalis.*

(h) *De uxor. Ebr. Lib. II. c. 28.*

(i) *In comment. ad L. 3. C. Th. de Nupt. Tom. I. p. 289.*

(k) *L. cit. § 4.*

(l) *In Disf. de matrimonio ad benedictionem sacerdotis incompetentis contracto §. 4.*

jam pridem usitatam (a), imo sanctam Dei Ecclesiam ex justissimis causis detestatam semper fuisse matrimonia quaecunque clandestina (b), interim tamen negari etiam non poterit, haecce matrimonia, utpote libero contrahentium consensu inita, rata et vera fuisse matrimonia, quamdiu Ecclesia non pronunciavit ea irrita esse. Quod autem Ecclesia matrimonia clandestina, ante constitutionem concilii Tridentini irrita haud pronunciaverit, 1) ex ipsa definitione

D con-

(a) CONCIL. CARTHAG. IV. *Can. 13.* apud GRATIAN. *Can. 5. XXX. 4-5.*

(b) Disertis verbis id expressit TERTULLIANUS libro de Pudicitia scribens: *ideo penes nos occultae quoque conjunctiones, id est, prius apud Ecclesiam non profesae, juxta moechiam et fornicationem judicari periclitantur.* Et ante TERTULLIANUM Martyr IGNATIUS. *Epistola ad Polycarpum: decet vero, ut ducentes uxores et nubentes eum Episcopi arbitrio conjungantur, ut nuptiae juxta Domini praeceptum sint, non autem ad concupiscentiam.*

Legitur quoque in Capitularibus Regum Francorum lib. 7. cap. 179.: *Prius conveniendus est sacerdos, in cujus parochia nuptiae fieri debent in Ecclesia coram populo. Et ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet, si ejus propinqua sit, annon, aut alterius uxor, vel sponsa, vel adultera. Et si licita et honesta omnia pariter invenerit, tunc per consilium et benedictionem sacerdotis et consultu aliorum bonorum hominum eam sponsare et legitime dotare debet. Ratio prohibitionis consistit in gravibus peccatis, quae ex clandestinis conjugiiis oriuntur, praesertim, dum qui priore uxore, cum qua clam contraxerat, relicta, cum alia palam contrahebat, et cum ea in perpetuo adultério vivebat.*

## concilii Tridentini (c), 2) ex variis juris canonici textibus

(c) *Sess. 24. cap. 1. de Reform. matrim.* in verbis: *tametsi dubitandum non est, clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit: et proinde jure damnandi sint illi, ut eos sancta synodus damnat, qui ea vera ac rata esse negant.* Novi quidem contendisse inter se Concilii Tridentini Patres, uti videre est apud Cardinalem PALLAVICINUM in *Histor. Trident.* lib. 22. cap. 4., num ante Tridentinum matrimonia clandestina irrita fuerint; novi eos, qui sacerdotalem benedictionem non tantum ad cohonestanda, sed etiam ad firmanda christianorum conjugia per vetustissimas Ecclesiae sanctiones praescriptam fuisse aiebant, provocasse ad Decretum EVARISTO Papae adscriptum et relatum in *Can. 30. quaeft. 5.* ubi habetur: *aliter legitimum non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, . . . uxor petatur . . . et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur. Ita peracta, legitima scitote esse connubia; aliter vero praesumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel supra aut fornicationes.* Novi eos addere potuisse, et forsitan etiam addidisse indubitatum testimonium NICOLAI I, qui, cum rescivisset, LOTHARIUM Imperatoris LOTHARII filium, et CAROLI CALVI Regis Francorum nepotem, repudiata priore uxore TEUTHBERGA, cui perpetrati incestus cum HUBERTO fratre suo crimen affinxerat, aliam duxisse nomine WALDRADAM, seu GUALDRADAM, quam tamen, ad suum excusandum flagitium, ante TEUTHBERGAM a se ductam affirmabat, Concilium Metis celebrandum indixit, suisque Apostolicis Legatis, RADOALDO Portuensi, et JOANNI Ficolensi Episcopis illuc missis, ut de hac causa judicarent, praecepit, ut diligenter investigarent, an revera LOTHARIUS, priusquam conjugali foedere se devinciret TEUTHBERGAE, matrimonium celebrasset cum GUALDRADA coram testibus, secundum legem et ritum, quo nuptiae celebrari solent. Si vero (ait in *can. 31. quaeft. 2.*) minime probatum fuerit, Gualdradam fuisse uxorem legitimam, neque nuptiis secundum morem celebratis, per benedictionem scilicet sacerdotis, filio nostro Lothario extitisse conjunctam;

suggerite

bus (d) et ex celebriorum juris canonici Doctorum consen-  
 D 2 fu

suggerite illi, ut non moleste ferat, legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) reconciliari uxorem. Verum novi etiam alios Theologos et Patres reposuisse, non satis constare, sacerdotalem benedictionem ullo unquam tempore necessariam fuisse ad vires imperiendas Christianorum connubiis. TERTULLIANUM aliosque Patres, et canones commode intelligi posse de sola necessitate praecepti, quo cogebantur fideles suas nuptias coram sacro Ecclesiae ministro celebrare, cujus benedictione uberiores assequerentur sanctitatem. SIRICIUM Papam *Epist. ad HIMERIUM, Episcopum Tarraconensem cap. 4.* sacerdotali benedictione obsignari voluisse etiam sponsalia de futuro, inde tamen non sequi, etiam sponsalia irrita fuisse sine sacerdotis benedictione. Canonem Pseudo-Evaristi nihil probare, si enim accipiendus esset, sicut verba sonant, adhuc alia quam plurima ibidem enumerata, fuisse de forma conjugalis contractus, quod tamen nemo asserit. Ne itaque tot conditiones ad matrimonii validitatem unquam ab Ecclesia requisitae putentur, necesse esse Pseudo-Evaristum ita explicare, ut illis verbis: *aliter legitimum non fit conjugium*: solum significare voluerit, aliter non fieri licite. Nec plus evinci ex illis verbis, quod Pseudo-Evaristus aliter facta conjugia appellanda dixerit *adulteria et contubernia*, cum sensus sit, matrimonia clandestina occasionem et securitatem praebere, alia postea ineundi, in foro quidem externo legitima, sed quae vere et coram Deo sunt adulteria et contubernia. Caeterum ipsummet canonis auctorem ratas, etsi legitimae non essent, reputasse nuptias sine praedictis solemnitatibus celebratas. Postquam enim dixerat, aliter inita conjugia esse adulteria et contubernia etc.: hanc statim limitationem adposuisse: *nisi voluntas propria suffragaverit, et vota succurrerint legitima*: quam limitationem opportune ponderavit, ac Tridentinis Patribus, de allegati canonis sensu inter se disputantibus, considerandam proposuit JACOBUS LAYNEZ, uti idem PALLAVICINUS refert *cit. cap. 22. n. 25.* Facilius fuit NICOLAI I. epistolae genuinum sensum aperire, siquidem Lotharius minime sibi constans, nunc unam,

fu(e) manifestum est. Recte omnino hanc in rem traditur in der-  
deut-

unam, nunc alteram obtendebat sui repudii causam, quod ex plu-  
ribus constat ejusdem NICOLAI epistolis praesertim 22, 23 32. 49-  
52. et 58. hac super causa datis, quae extant in collectione HAR-  
DUINI Tom. V. col. 236. et seq. et fusc enarrat NATALIS ALEXANDER  
Disf. IX in Histor. Eccles. Sec. IX. et X, et PAGI Junior in Vitis NI-  
COLAI I. et HADRIANI II. Ad Pontificem autem scripserat, se TEUTHI-  
BERGAM repudiasse, quia, priusquam ei nuberet, jam erat obstri-  
ctus vinculo alterius connubii initi cum GUALDRADA. Videns  
porro Pontifex, quam parum fidendum esset assercionibus parum  
sibi cohaerentis LOTHARII, nullam quoad hoc ei fidem habendam  
rescripsit, nisi probaret, se legitime, omnibusque adhibitis juris  
solemnitatibus nupsisse GUALDRADAE, quam caeteroquin aliunde  
notum erat habuisse loco pellicis. Caeterum a NICOLAO validum ha-  
bitum fuisse matrimonium clandestinum, liquet ex ejusdem responsis  
ad consulta Bulgarorum cap. 3. Tom. 5. collectionis HARDUINI  
col. 355.

(d) E. c. cap. 15. et 30. de sponsal. ALEXANDER III. quoque in cap. 2. de  
clandest. despons. de clandestinis matrimoniis in Galliam Episcopo Be-  
lovacensi in hunc rescripsit modum: *Verum si personae contrahentium  
haec voluerint publicare, nisi rationabilis causa praepediat, ab Ecclesia  
recipienda sunt et comprobanda, tanquam a principio in Ecclesiae con-  
spectu contracta.* Conf. J. H. BOEHMERI V. C. notae ad hoc Capitulum.  
INNOCENTIUS III. in Cap. 12. qui filii sint legitimi, filium ex sponfa  
natum legitimum pronunciat, quod certe non fecisset, si ad valo-  
lorem matrimonii copulam sacerdotalem necessariam esse existimasset.

(e) REIFFENSTUEL in jur. can. univ. Lib. IV. Tit. III. §. 2. n. 53. Es-  
PEN jus eccles. univ. P. II. Tit. 12. cap. 5. et 6. SCHMALZGRUEBER in  
jur. eccles. univ. P. II. Tit. 3. §. 2. n. 90. PICHLER in summa Jurisprud.  
sacrae univ. Lib. 4. Tit. 3. n. 11. FAGNANUS in commentar. in Lib. IV.  
Decretalium cap. 2. num. 21. BOECKHN in commentar. in jus can. univ.  
Lib.



deutschen Encyclopädie (f) es war zwar schon in den ersten Zeiten der Christenheit ein heiliger Gebrauch und Gebot, die Ehe nicht anderst als vor den Priestern oder Bischöfen, unter feyerlichen Segnungen und Sprüchen einzugehen, wovon der Martyrer Ignatius in dem ersten Jahrhunderte in seinem Briefe an den Bischof Polycarpus, Clemens von Alexandria (L. III. Paedag. C. II.) und Tertullian, in dem 2ten, oder zu Anfang des dritten Jahrhunderts (de Monogamia C. II.) Basilius (Homil. 7. Hexameron) Ambrosius (Epist. 19. ad Vigilium) samt der vierten Kirchenversammlung zu Carthago im vierten Jahrhunderte, hinlängliche Zeugnis ablegen. Doch hielte man die Ehen, die ohne dergleichen öffentliche und gottesdienstliche Feyerlichkeiten heimlich vorgenommen wurden, deswegen nicht vor ungültig, wenigstens in soweit sie zugleich bürgerlicher Vertrag sind. Erst in der allgemeinen Kirchenversammlung zu Trient, welche im Jahre 1563. ist vollendet worden, wurde festgesetzt, das die Gegenwart des eignen Pfarrers als eines gesetzmässigen Zeugen zur Gültigkeit der Ehe unumgänglich nothwendig, mithin alle Trauungen,

D 3

die

---

Lib. 4. Tit. 3. n. 12. WIESTNER *Institutiones Canon.* Lib. 4. Tit. 3. n. 19. WOLFFG. SCHMITT, in *Instit. jur. eccles.* Lib. III. Tit. 13. §. 17. RUPRECHT in *notis histor. ad univ. jus can.* Lib. IV. Tit. I. n. 161. ubi ad communem Theologorum et jurisperitorum provocat. TROPPER *Tract. de impedimentis matrimonii contractum impediens et dirimentibus* P. I. pag. 80. SCHRÄMM *Instit. jur. eccles.* Tom. II. §. 409. Schol. 1. pag. 80. EYBEL *introd. in jus eccles. cathol.* Tom. IV. lib. 2. cap. 13. pag. 284. BAUER *Disf. de concubitu matrimonii perfectione ante copulam sacerdotalem* §. 41.

(f) Tom. VI. voce Copulation (theolog. cathol.).

die ohne diese Bedingnis vorgenommen würden, als nichtige und ungültige Winkelen angesehen werden sollten. Certum quidem est, CONCILIIUM TRIDENTINUM (g) matrimonia clandestina irrita et nulla declarasse, sed quod matrimonia Protestantium contra hanc CONCILII TRIDENTINI dispositionem contracta jure canonico firma et valida sint, ipse adeo PICHLE-  
RUS (h) concedit, et unanimis canonistarum catholicorum doctrina hodie, praecipue post bullam ab immortalis memoriae Pontifice BENEDICTO XIV, 4. Novemb. 1741. editam; adstipulatur (i).

### §. XV.

Minus praesidii in jure romano inveniunt, qui liberos e matrimoniis, solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta  
omni

(g) Sess. 24. C. I. de Ref. Matrim.

(h) L. cit. n. 15.

(i) Verba Bullae sunt: quod attinet ad matrimonia ab acatholicis inter se celebrata non servata forma per Tridentinum praescripta, quaeque in posterum contrahentur, dummodo aliud non obstitit canonicum impedimentum, Sanctitas sua statuit pro validis habenda esse: adeoque si contingat utrumque conjugem ad catholicae Ecclesiae sinum se recipere, eodem, quo antea, conjugali vinculo ipsos omnino teneri, etiamsi mutuus consensus coram Parocho catholico non renovetur. Item — quod vero spectat ad ea conjugia, quae absque forma a Tridentino statuta contrahentur a Catholicis cum A. C. additis, sive catholicus vir A. C. additam feminam in matrimonium ducat, sive catholica femina A. C. addito viro nubat — si hujusmodi matrimonium sit contractum aut in posterum contrahi contingat, Tridentini forma non servata, declarat Sanctitas sua, alio non concurrente impedimento, validum habendum esse.

omni solemnitate ecclesiastica, contractis, illegitimos esse volunt. Equidem negari haud potest, Romanis sicut omnibus aliis prope gentibus certas quasdam solemnitates in contrahendis matrimoniis usitatas fuisse, quae pro tempore reipublicae vario varia fuerunt, e. c. confarreatio, coemptio, deductio solemnitas in domum mariti, instrumenta dotalia, et quae sunt similia. Verum certum etiam videtur, jus romanum ad valorem matrimonii plus non requirere, quam verum consensum matrimonialem, et affectionem maritalem, ceu id testatur ULPIANUS (a) dum non concubitus, sed consensum nuptias facere dicit; cum quo et MODESTINUS (b) consentit, pluribusque haec declarat constitutio THEODOSII et VALENTINIANI (c). Neque etiam temporibus JUSTINIANI ad valorem matrimonii praeter solum consensum ulla alia requirebatur solemnitas (d). Certe si tempore JUSTINIANI copula sacerdotalis ad matrimonii valorem jam fuisset necessaria, et generatim adhibita, necessario ejus in *Nov. 74. c. 4. et 5. et 117. c. 4.* mentionem injicere, et inde argumentum contracti matrimonii petere debuisset, imo nulla commodior occasio, hanc ipsam lege publica stabiliendi, sese ei obtulisset, si illius necessitas eo tempore fuisset agnita.

Agit

(a) *In L. 30. de R. I.*

(b) *In L. 34. de R. N.*

(c) *in L. 22. C. de Nupt.*

(d) *L. 9. et 22. C. de nupt. L. 31. de donat. L. pen. de donat. inter V. et U. VINNIUS in Comm. ad Instit. tit. de par. potest. §. 1. num. 1. a SANDE definit. jur. L. II. def. 1. p. 60. de NEUMANN jus priv. illustr. in supplem. p. 49.*

Agit in Nov. 74. de constitutione nuptiarum, earumque probatione, simulque ostendit, nuptias etiam sine nuptialibus instrumentis *ex solo affectu* secundum leges antiquas, et a se ipso approbatas haecenus valuisse, et ratas habitas, simulque tamen addit, quod respublica falsis contractibus exinde repleta fuerit, nec semper liquido de contracto matrimonio constiterit. *Et testes* (sunt verba Nov. cit. juxta edit. HOMBERGK.) *sine periculo accedunt, mentientes, quod vir eam, quae illi cohabitabat, dominam vocaverit, illaque similiter eum ita appellaverit: atque hoc pacto matrimonia illis finguntur, quae tamen revera contracta non fuerunt.* Quomodo vero potuisset dubium circa contractum matrimonium intervenire, si ubique et indistincte jam in morem abiisset, copula sacerdotali praevia, conjungere desponsatos? quin potius adhuc eo tempore, prout ipse Imperator innuit, obtinebat juris antiqui regula: consensum nuptias facere. Negari quidem haud potest JUSTINIANUM in Nov. 74. c. 4. aliam nuptiis praescripsisse formam, ut constare et liquere possit, matrimonium inter contrahentes esse initum; ait enim: *in majoribus itaque dignitatibus usque ad senatores nostros et magnificentissimos illustres illa fieri nequaquam patimur* (matrimonia scilicet sine pactis nuptialibus, quae olim saepius negligebantur) *sed sit omnino et dos et donatio propter nuptias, et reliqua omnia, quae honestiora illa nomina decent.* Haec indicia ad matrimonium probandum sufficere arbitratus est, nullasque alias solemnitates desideravit. Pergit dein ad alios, qui in tanto dignitatis gradu constituti haud erant, eisque hanc formulam praescribit: *Quicumque vero in gravioribus militiis et negotiis, et plane in professionibus dignioribus constitutus est, si uxori legitime jungi, neque nuptialia instrumenta facere velit, non frustra, et sine cautela, et dissolute, ac sine probatione hoc agat, sed*

sed oratorium quoddam adeat, et cum sanctissimae illius Ecclesiae defensore rem communicet, qui acceptis tribus aut quatuor religiosissimis clericis illius loci instrumentum conficiat, quo declaret, illa indiçione, illo mense, illa die mensis, illo imperii anno, illo Consule, illum eamve ad se in hoc oratorium venisse, sibi que mutuo junctos esse. Et si ejusmodi instrumentum, sive ambo contrahentes, sive alteruter eorum, accipere velint, hoc agant, illique tam sanctissimae Ecclesiae defensor, quam reliqui tres, vel quot voluerit, (non pauciores tamen quam tres) literis hoc significantibus subscribant. Denique in fine cit. c. 4. de infimis ex plebe haec addit: Sed neque de agricolis, neque de militibus armatis, quos lex caligatos vocat, (hoc est, viliores et obscuriores) curiosè laboramus, quibus civilium rerum ignorantia, et sola circa terrae cultum et bella cupiditas est, res magno studio digna et merito laudanda: adeo ut civilibus personis, militibus armatis obscuris, et agricolis licentia sit, etiam sine scriptura matrimonium contrahendi: liberi quoque legitimi sint, qui parentum mediocritatem, vel militaria aut rustica negotia, et ignorantiam adjuvent. His igitur nulla solemnitas praescripta est, sed potius permisum, ut privato affectu matrimonia valerent. Ex hac JUSTINIANI constitutione inferri posset, Imperatorem matrimonia absque omni solemnitate contracta quoad omnes, qui non sunt ex infima plebe, pro nullis declarasse. Verum absque omni fundamento sic concluderetur, cum nec verbulo indicaverit JUSTINIANUS hanc formam sub lege nullitatis esse observandam. Mens Imperatoris potius haec fuit, ut determinaret modum, quo legitime probari posset, matrimonium revera esse contractum; inde autem non sequitur, alios probandi modos non esse admittendos, aut matrimonia, si inter conjugatos nulla sit disceptatio super quaestione: an matrimonium contractum

E fit,

lit, nec ne, sed pacifice cohabitent, esse nulla, liberosque inde procreatos illegitimos. Ast quid opus conjecturis? dum JUSTINIANUS ab hac sua constitutione recessit, et in *Nov. 117. C. 4.* illam solemnem declarationem, quae coram defensore Ecclesiae et clericis edenda, et instrumento probanda erat, sustulit, constituitque, ut reliqui omnes, praeter eos, qui maximis dignitatibus decorati erant, possint vel cum dotalibus instrumentis ducere uxores, vel citra instrumenta *ex solo affectu*, in verbis: *si autem etiam hoc non custodierint, et ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, et ex eis natos legitimos esse filios jubemus.* Id ipsum quoque jam antea constituerat in *Nov. 22. C. 3.* Constituit quidem Imperator LEO in *Nov. 89.*, ne matrimonia citra sacram benedictionem confirmantur; verum nullam unquam *Novellam LEONIS* moribus Germaniae receptam esse, aut in foro auctoritatem obtinuisse vir consultissimus F. J. HARTLEBENIUS, cujus praelectionibus celeberrimis fere omnes meos in jurisprudentia profectus debeo, invicte (e) demonstravit.

### §. XVI.

Quantum ad Leges Imperii publicas attinet, nulla ostendi potest, quae statibus Imperii protestanticis obligationem imponat, nuptias suas copula sacerdotali firmandi, ita, ut hac non adhibita matrimonium sit nullum, liberique inde progeniti illegitimi. Neque etiam unquam vel tempore *Pacis Religiosae* vel *Westphalicae* fuit articulus fidei protestanticae,

(e) *In medit. ad P. spec. 6. med. 4.*

ticae, quod copula sacerdotalis ad matrimonii valorem requiratur. Confessio Augustana nec verbulo mentionem de ea facit, imo potius in *art. XVI.* matrimonium ut causam mere civilem considerat, et *art. XV.* in ritibus ecclesiasticis, quorsum sine dubio haec ceremonia pertinet, conscientiae libertatem propugnat: licet ergo Dominus territorialis protestanticus juxta regulas decori et prudentiae agat, si eam adhibeat, nulla tamen extat lex positiva universalis, quae eum ad id, et quidem sub nullitatis poena, ut matrimonium nullum, liberique inde progeneri pro illegitimis habendi sint, obliget.

### §. XVII.

II. Evidentum est haecenus, matrimonia clandestina et absque solemnitate ecclesiastica contracta, omni jure, excepto ecclesiastico novissimo per Concilium Tridentinum inducto, valida omnino et firma esse. Fluit igitur per se, liberos ex ejusmodi matrimoniis natos esse legitimos. Verum alia adhuc suppetunt pro legitimis ejusmodi liberorum natalibus argumenta; pronum enim est demonstrare, liberos tales, etiamsi matrimonia clandestina nullitatis vitio laborarent, tamen pro legitimis esse reputandos, siquidem partus ex ipsa adeo sponsa natus in classem legitimorum sit referendus. Maxime quidem controversa est inter Doctores haec quaestio, an filius ex sponsa natus legitimus sit; cum negativam non absque gravibus momentis propugnent STRAUCHIUS (a), SCHILTER (b), VOETIUS (c), BROWERUS (d),

E 2

BE-

(a) *In Exercit. ad Instit. XI. th. 21.*

(b) *In Exercit. ad ff. XXXVI. §. 60.*

(c) *Ad ff. Lib. I. Tit. VI. n. 10.*

(d) *De jure connubior. Lib. 2. c. 25.*

BESOLDUS (e), ZIEGLERUS (f), DE HOCHMANN (g), REIGERUS (h), BOEHMERUS (i), et praeter plures alios GRIMMEISEN (k), et BÜNEMANN (l). Verum non numero tantum sed et rationum pondere hos vincunt affirmantes, inter quos si etiam RICHTERUM, CARPZOVIVM, STRUVIVM, BRUNNEMANNUM, CYPRAEUM, COTHMANNUM, STRYCKIVM, MEVIUM *ad jus Lubecense*, HARTMANNUM, PISTOR., MASCARDUM, SANDE, GOEBEL, HOPPIUM, KITZELIVM, MAUSERUM, LUDWIGIVM, LYNCKERUM, HUBERUM, ENGELBRECHTUM, HERTIVM filerem, allegasse sufficeret LEYSERUM (m), SAHME (n), MÜLLERUM (o), J. G. BAUERUM (p),  
EISEN-

(e) *Confl. Tubing. CCXLVII. n. 1.*

(f) *In not. ad Lancellot. Lib. II. Tit. X. n. 306. edit. Thomaf. p. 817.*

(g) *In Disf. de benedict. nupt.*

(h) *In Thesaur. jur. §. Matrimonium.*

(i) *In I. E. P. Lib. IV. Tit. XXX. §. 50.*

(k) *In Disf. de liberis ob deficientem in parentibus benedictionem sacerdotalem non legitimis.*

(l) *In Disf. de sponsae partu spurio.*

(m) *In med. ad P. sp. 15. m. 5. et sp. 298 m. 3. et 4.*

(n) *In Disf. de matrimonio legitimo absque benedictione sacerdotali §. 17. et 18.*

(o) *In Disf. de hierologia Sect. I. th. 9.*

(p) *In Disf. de concubitu matrimonii perfectione ante copulam sacerdotalem.*



EISENHARDIUM (q), WALCHIVM (r), G. L. BOEHMERUM (s), KOCHIUM (t), STRUBENIUM (u), DONNDORFFIUM (x), DE SENCKENBERG (y), ET J. C. HARPPRECHT (z), quos eo lubentius sequor, cum solidae eorum theoriae praxis communior adstipuletur.

§. XVIII.

III. Licet protestantici Principes matrimonia sua per copulam sacerdotalem firmare soleant, eam tamen mere ex libero arbitrio, et ut bonam ac laudabilem consuetudinem, tantum pro forma matrimonii externa accidentali, et testimonii cujusdam publici loco ex rationibus decori adhibent, neutiquam autem quasi ad matrimonii substantiam pertineret, et ex intentione obligationem tam duram inducendi, ut neglecta hac copula matrimonium nullum, et

E 3 liberi

(q) *In Disf. de nato ex sponsa.*

(r) *In introd. in controv. jur. civ. recent. Sect. II. Cap. IV. Memb. V. §. 3.*

(s) *Princip. jur. canon. §. 373.*

(t) *In succesf. ab intest. civil. §. 27. p. 36.*

(u) *In den rechtlichen Bedenken 3ten Theil p. 456.*

(x) *Sammlung auserlesener juristischen Abhandlungen. pag. 10.*

(y) *Jur. feud. §. 306.*

(z) *In Disf. de jure liberorum ex desponsatis ante benedictionem sacerdotalem nec exposi subsecutam procreatorum.*

liberi inde progeniti sint illegitimi; eo minus ergo consuetudo aliqua obligatoria obtendi potest, quo certius est, quod ad inducendam consuetudinem praeter legem requirantur actus ex opinione obligationis gesti (a).

### §. XIX.

IV. Ex principiis Protestantium ideo haec copula sacerdotalis in nuptiis contrahendis intervenire consuevit, ut certo de consensu matrimoniali constare possit, et ne alteruter conjugum alterius pertaesus consensum matrimonialem se interposuisse palam neget, eamque, quam in veram conjugem adsumsit, pellicis, liberosque inde natos, illegitimorum loco habeat. Quodsi igitur aliunde de consensu matrimoniali sat constet, hac copulae solemnitate opus haud erit. Atque inde est, quod in Hollandia haec copula plerumque exulet, sed consensus matrimonialis coram Magistratu loci declaretur.


### §. XX.

V. Licet protestanticorum Imperii statuum subditi obligentur ex particularibus Ecclesiae suae legibus ad adhibendam copulam sacerdotalem in suis matrimoniis, ut haec inde publica fiant, liberique legitimi: tantum tamen abest, ut ipsae personae illustres protestanticae ad conciliandum suis connubiis effectum legitimum, illa ceremonia, aequè

ac

---

(a) *Conf. v. c. HARTLEBENIUS in med. ad P. sp. XI. med. 8.*



ac privati ligentur, ut potius ob supremum territorii jus, et potestatem, qua pollent, leges ferendi, abrogandi, atque in iis dispensandi, libera facultate gaudeant, etiam absque hac solemnitate matrimonium contrahendi. Ex legibus Imperii Romano Germanici fundamentalibus, ex principiis juris publici hodierni certum est, status Imperii protestanticos summam circa sacra potestatem territoriis suis circumscriptam exercere. Haec illorum potestas, quae passim *jus sacrorum*, vocatur, illis vi Transactionis Pasfaviensis, Pacis Religiosae, variorumque Imperii Recessuum et Capitulationum caesarearum competit, et potissimum *Art. VIII. Instrumenti Pacis Westphalicae* confirmata est, vi cujus status imperii protestantes libero juris territorialis tam in ecclesiasticis quam politicis exercitio se gaudere contendunt. Ex his igitur prono fluit alveo, quod status Imperii *A. C.* addictus ea omnia circa matrimonium abrogare, et mutare, atque in iis omnibus pro suo territorio dispensare possit, quae nec jure naturali, nec divino, nec lege quadam Imperii fundamentalis praecepta aut prohibita sunt, quam in classem copula sacerdotalis certe est referenda. Copula haec sacerdotalis inter Protestantes unice ex status civilis ratione requiritur (a); hunc autem a quovis Imperante determinari posse dubio vacat.

### §. XXI.

VI. Quodsi subditi protestantici e dispensatione sui Principis matrimonium sine copula sacerdotali contrahant, matri-

---

(a) BOEHMER in *I. E. P. Lib. IV. cap. III. de clandest. desponsar. §. 29.*

matrimonium tale omnino validum et liberi ex eo nati sine dubio legitimi dicendi erunt; quidni et validum sit matrimonium ab ipso Principe *A.C.* addiſto absque omni ſolemnitate eccleſiaſtica contractum, cum Princeps hoc modo contrahens ſecum diſpenſaſſe cenſendus ſit, quod ſine dubio po- teſt, cum nulla ſit ratio, cur Principem ipſum alterius egere poteſtate et auxilio, ſi ipſe diſpenſatione indigeret, aſſe- ramus; ſi enim hoc poſſit in favorem ſuorum ſubditorum, poterit utique et illud in favorem ſuum, tum, ne ſit dete- rioris conditionis, quam illi, qui ab ipſo ex plenitudine poteſtatis ejus diſpenſationem petunt, et quos diſpenſat; tum etiam, quia actus iſte diſpenſationis incidit in qualita- tem ac naturam juridiſtionis voluntariae, quae itaque ab ipſo iudice etiam in propria cauſa et coram ſe expedi- ri po- teſt.

### §. XXII.

VII. Ordinationes eccleſiaſticae in Conſiſtoriiſ prote- ſtanticis inveſtae poenam quidem in privatos matrimonium absque hierologia contrahentes, non vero nullitatis in hoc ipſum matrimonium ſtatuunt; omiſſio enim hierologiae con- trahentes quidem in delicto, non vero ipſum matrimonium in vitio conſtituit; ita, ut ob hoc vitium liberi inaeſtimabili illo legitimitatis, cujus cauſa non minus, quam libertatis favorabilis eſt, beneficio et favore privari ullo modo de- beant. Docet id ipſum praxis, ſi enim inter privatos *A.C.* addiſtos matrimonium ſine benediſtione ſacerdotali contra- ctum fuerit, tale matrimonium non annullatur, ſed contra- hentibus injungitur, ut mediante hac ſolemnitate conſenſum matrimonialeſ renoveſt. Quo igitur fundamento adſtrui

po-

potest, personas illustres, lege ejusmodi superiores, deterioris conditionis, liberosque ab illis progenitos pro illegitimis reputandos esse?

§. XXIII.

VIII. Copula sacerdotali in foris protestanticis recepta non sunt sublatis effectus, quos ex jure civili consensus matrimonialis habet, nempe legitimi natales liberorum, alias enim intermissio benedictionis, quae parentum delictum, non partus vitium est, huic forte damno cederet.

§. XXIV.

IX. Suffragatur sententiae meae celeberrimorum Ictorum auctoritas. Testes veritatis a me propugnatae produco KEMMERICHUM (a), DE KLINGLIN (b), DIETTERICHUM (c), SCHWEDERUM (d), FELTMANNUM (e), STRUVIUM (f),

F

FLEI-

(a) *In introd. ad Jus publ. Imper. Rom. Germ. Lib. VIII. Cap. II. de connub. illustr.*

(b) *In Disf. de jure Principum et Nobilium Imperii immediatorum Augustanae Confessionis circa matrimonialia, circa eorum nobilitatem. Argentorati 1737. Quaest. I.*

(c) *In Tractatione jurid. de legitimis natalibus inter Illustres praesumendis. Argentorati 1776.*

(d) *In introd. in jus publ. part. spec. Sed. II. §. 25.*

(e) *In Tr. de impari matrimonio P. I. c. 3. n. 425. 434.*

(f) *In Jurispr. heroic. P. II. c. 6. §. 12.*

FLEISCHERUM (g), PAGENSTECHERUM (h), HERTIUM (i), WILLENBERGIUM (k), GRIEBNERUM (l), TITIUM (m), DE NEUMANN (n), SAHME (o), MÜLLERUM (p), SCHEIDIUM (q), CARRACHIUM (r), DE COCCEJI (s), tria responsa, *primum* universitatis Coloniensis catholicae, *secundum* universitatis Duisburgensis reformatae, et *tertium* Ministerii Evangelici, quod Amstelodami est, quae tria collegia matrimonium JOANNIS LUDOVICI senioris Comitis de Leiningen cum AMALIA SIBYLLA, etiam sine copula sacerdotali contractum pro valido, et natos inde liberos pro legitimis et successionis capacibus declararunt, uti illorum responsa typis iterato excusa docent. Ast quid opus, ulterius auctoritatibus pugnare, cum consultissimus adversarius GATZERT ipse fateatur

---

(g) *In geistlichen Rechr.* pag. 357. seq.

(h) *In Disf. matrimonium absque benedictione sacerdotali legitimum.* pag. 31. seq.

(i) *Disf. de matrim. instaur. et Conscient.* Sect. II. §. 1.

(k) *De matrim. Consc.* in *sel. jur. matrim.* C. V. §. 35.

(l) *Jurisprud. priv. Illustr.* p. 38.

(m) *In Spec. jur. publ.* L. IV. C. 9. §. 4.

(n) *Medit. jur. priv. illustr. in Comment. de matrim. Princ. Tit. X. §. 147. 149. it. Tit. XIII. §. 183. Tit. XV. §. 2.*

(o) *Disf. de matrim. legit. absque bened. sacerdot.* §. 13.

(p) *De hierologia* Sect. I. th. 9.

(q) *De matrim. Consc. et ad Thalac.* pag. 9.

(r) *In Disf. de matrim. ad bened. sacerdot. incomp. contract.* p. 28.

(s) *Tom. I. deduct. Consil. et Resp. in causis Illustr.* n. LVII. p. 1104.

tur meam hanc sententiam vincere, si solus spectetur auctoritatum numerus (t)?

### §. XXV.

X. Colophonem denique imponit rerum judicatarum auctoritas. Non vacat hic praxin exterorum regnorum disquirere; nam ex CHARONDA (a) notum est, supremum Parisiensem senatum pro liberis eorum, qui longo tempore, ut conjuges, absque hac solemnitate ecclesiastica vixerant, pronunciasse. Nec minus certum est, etiam in Suecia liberos ex ejusmodi matrimonio editos judicari legitimos (b). Propius nos contingit Germaniae praxis, atque hanc legitimos hujusmodi liberorum natales agnoscere, testantur MEVIUS (c), CARPZOV (d), BRUNNEMANN (e), P. MÜLLER (f) aliique. Ast quid opus his immorari, cum ipsa suprema Imperii Romano - Germanici Tribunalia adstipulentur. Quantum ad Augustissimum Camerae Imperialis judicium

F 2

attinet,

(t) *In Disf. cit. C. I. §. 2.*

(a) *In memorab. verb. enfans.*

(b) *LOCEN Synops jur. Succ. qu. I. n. 5.*

(c) *P. II. dec. 81.*

(d) *P. III. c. 14, def. 12.*

(e) *Cent. 4. decis. 47.*

(f) *De hierolog. Sect. I. th. 9.*

attinet, FELTMANNUS (g) refert, illud pro legitimis ejusmodi liberorum natalibus pronunciasset in causa *Ysenburg contra Ysenburg*. Similia decisa cameralia exhibent KLOCKIUS (h), et perill. L. B. DE CRAMER (i). Eodem modo etiam judicavit celsissimum judicium Imperiale aulicum 18. Septemb. 1764. in causa *Weller* nomine *Bürglin*, et novissime ac quidem specificè pro casu praesenti in causa *Dominorum Comitum Leiningensium*, cujus sententiae verba ob pondus, quod in ventilata hactenus controversia faciunt, verbotenus exhibeo:

Veneris 15ten Februarii 1782.

Zu Leiningen Dachsburg Guntersblum Graf contra Grafen zu Leiningen Hartenburg.

Citationis ex Lege Diffamari.

Absolvitur relatio et:

Conclusum:

1. Fiat sententia, daß Provocantes, und Beklagte von der wider sie angestellten Klage zu entbinden, hingegen gestaltten Sachen und Umständen nach für des ältern Grafen Johann Ludwigs zu Leiningen Falckenstein und Dachsburg rechtmäßige Descendenten zu halten und zu erklären, ihnen auch puncto successions ihre

(g) De matrim. impari num. 430. not. 2.

(h) In relat. cameral. Relat. XV. num. 114. 119.

(i) In obs. jur. univ. Tom. II. obs. 515.



ihre Klage gebührend anzustellen und auszuführen unbenommen bleibe; folglich Herr Provocat und Kläger, Provocanten und Beklagten alle Documenta, sie mögen auf die Rechtmäßigkeit ihrer Abstammung oder auf die Erbfolge sich beziehen, sub juramento zu ediren schuldig, compensatis, et quoad punctum editionis annexis executorialibus. 2. ist die in den Quintuplicis sub Nro 59. angeführte, die Sache selbst auf keine Weise betreffende Beylage dem provocatischen Anwald zerrissen zurück zu geben, und sein den Decretis caesareis entgegen laufendes Unterfangen hiermit nachdrücklichst zu verweisen.

Johann Peter Söhngen.


### CAPUT III.

#### SATISFIT CONTRARIIS.

##### §. XXVI.

**E**x praedeductis in *Cap. praeced.* facilis est resolutio eorum, quae in contrarium obmota sunt; quantum enim ad

I. attinet, ex producto celeberrimi MOSERI ratiocinio plus non evincitur, quam non indignandum esse, si bonus quandoque dormitet Homerus, praecipue si superabundans quidam religionis zelus plus roboris in externo verborum cortice quam in rationum momentis collocet. Undenam enim, amabo, probari potest, causas matrimoniales ex



principiis religionis protestanticae inter causas conscientiae referendas esse? unde evinci potest, copulam sacerdotalem ex principiis religionis protestanticae ita ad matrimonii valorem requiri, ut ea omisa liberi pro illegitimis habendi sint? ubi *Confessio Augustana*, quae summam credendorum protestanticae religionis continet, vel verbulo mentionem hujus copulae facit? nonne potius haec ipsa *Confessio* in *art. XV.* in ritibus ecclesiasticis, quorsum haec copula sacerdotalis sine dubio pertinet, conscientiae libertatem propugnat; atque in *art. XVI.* matrimonium ut causam mere civilem considerat? nonne certum potius est, *A. C.* adductos jam inde a temporibus suae originis matrimonium tanquam negotium mere seculare et contractum civilem considerasse, ceu ex verbis LUTHERI in *Lib. von Ehesachen in praef. (a)* patet? Quis unquam dubitavit, statibus Imperii protestanticis summam intuitu sacrorum quoad sua territoria potestatem competere, omniaque circa matrimonium abrogare, mutare, ac dispensare posse in iis omnibus, quae nec jure naturali, aut divino positivo praecepta prohibitive sunt? non abnego quidem, copulam sacerdotalem a sic dicto corpore Evangelicorum pro christiana et pia ceremonia reputari, atque in vim probationis contra injuste attentata divortia allegari; id autem nego, matrimonia absque hac solemnitate contracta pro nullis haberi, et instar nefarii concubitus considerari.

#### §. XXVII.

(a) Ubi scribit: *ich wehre mich fast, rufe und schreye: man solle solche Sachen der weltlichen Obrigkeit lassen — es kann ja niemand läugnen, das die Ehe ein äusserlich weltlich Ding ist, weltlicher Obrigkeit unterworfen.*

## §. XXVII.

Atque ex his ipsis corrui, quod ad

II. obmotum est; nam copula sacerdotalis semper a Protestantibus pro ritu et ceremonia honesta et laudabili fuit reputata; ast causae ceremoniales et rituum per pacem religiosam et Westphalicam non sunt definitae, sed in iis secundum deducta conscientiae libertas obtinet. Poena nullitatis supponit legem irritantem, talis lex autem intuitu statuum Imperii protestanticorum quoad eorum matrimonia absque copula sacerdotali contracta ostendi non potest. Demus etiam, LUTHERUM in ea haesisse opinione, quasi personarum illustrium matrimonia clandestina quoad sobolem inde nascituram pro illegitimis habenda sint; ast quid inde sequitur? certe nil aliud, nisi LUTHERUM extra sphaeram scientiae suae locutum fuisse, neque jura personarum illustrium sat cognita habuisse. Nullum certe adest fundamentum, cur statuum Imperii conditio deterior esse debeat quam hominum infimae plebis, quippe quorum matrimonia absque copula sacerdotali contracta pro validis reputat, cum copulam sacerdotalem solemnitatis piee arbitrariae instar habuerit(a).

## §. XXVIII.

Aeque infirmo talo nititur argumentum, quod ad

III. ex observantia quadam vel consuetudine exculpi vult. Hoc ut eo magis pateat, praenoto observantiam spectari

---

(a) In praefatione des Trau-Büchleins.

Stari posse vel in sensu lato et improprio, vel in sensu stricto et proprio. In sensu improprio denotat facta saepius iterata, atque haec vim legis seu juris non scripti haud habet (a). Observantia Imperii in sensu stricto et proprio est jus utentium moribus et aliquo supremæ potestatis consensu in Imperio quoad negotia tum publica tum privata et operandi modum legitime introductum. Atque huic observantiae inest virtus legis. Ut autem observantia vim legis nanciscatur, requiritur, ut ex intentione, omnia communitalis membra obligandi, sit introducta. Quemadmodum enim Principis constitutio, nisi ejus voluntas, legem condendi, accesserit, jus scriptum non facit; ita multo minus communitas per solum usum, deficiente animo se obligandi, jus non scriptum efficit. His praesuppositis concedo lubens, Ordines Imperii A. C. addictos plerumque et in regula hierologiae pio ritu suas firmare nuptias. Sed quomodo ex factis hisce observantia proprie talis et consuetudo necessitatis cujusdam, adhibendae copulae sacerdotalis, erui potest? Pertinet huc omnino, quod monet MAURITIUS (b); distinguenda sunt a *jure publico*, quae *publice* fiunt. Qui ad observantiam Imperii provocat, legitimam ejus introductionem probare debet (c). Ad eam probandam eadem requiruntur, quae ad probandam consuetudinem necessaria sunt; est enim species consuetudinis in genere (d) et praedicatorum

---

(a) UNGER *Disf. de observant. Imper. Rom. German.* §. 1.

(b) *De Princip. jur. publ. C. 2. §. 15.*

(c) MASCARD. *de probat. concl.* 423. n. 4.

(d) ROSSMANN *de consensu Imperatoris ad observantiam imperialem necessario.* §. 11.

rum generis ad species et individua applicatio legitima est. Jam vero certum est, ad id, ut consuetudo praeter legem inducta dici possit, requiri, ut probetur, actus ex opinione obligationis gestos fuisse. Pulcherrime in hanc rem philosophatur Cl. HARTLEBENIUS (e) dum scribit: *indubitatum est, ex actibus oriri consuetudinem, proinde etiam consuetudo non plus qualitatis ab illis recipere potest, quam ipsi actus sua natura habent. Sicuti igitur ex actibus ex opinione libertatis gestis tantum consuetudo libera abstrahi potest; ita etiam obligatoriae consuetudini actus ex opinione obligationis gestos omnino respondere debere necesse est. Consensus Principis consuetudinem firmans in id tantum fertur, quod subditi per actus consuetudinis introductivos intenderunt. Quodsi igitur subditi actus non posuerint animo inducendi obligationem, illa etiam Principis consensu non inducitur. Unde autem probari potest, Status Imperii protestanticos nuptiis suis hierologiae ritum adhibere cum animo inducendi obligationem? certissima observantiae Imperii probatio ex actibus judicialibus rebusque iudicatis defumitur (f); quam parum autem haec cl. adversario suffragentur, supra in §. 25. ostensum est. Cum igitur indubitatum sit, ex factis quorundam obligationem quoad alios haud oriri, probari omnino debet, illos, qui matrimonia iniierunt, opinione necessitatis solemnem copulam adhibuisse. Praeterea omnis cessat consuetudinis aut observantiae vis, si in serie actuum reperiantur directe contrarii. Quem au-*

G tem

(e) *In medit. ad P. sp. XI. med. 8.*

(f) UNGER *Disf. de modo probandi, et iudice circa controversias observantiam Imperii Romano - Germanici concernentes. §. 5.*

tem latent innumera exempla, ubi Status protestantici nuptias absque omni solemnitate ecclesiastica contraxere? siquod observantiae imperialis in hoc controversiae puncto esset momentum, virtus ejus certe esset unice permisiva, cum res judicatae in supremis Imperii Tribunalibus doceant Statibus *A. C.* addictis permitti, ut valide contrahant matrimonia absque copula sacerdotali.

### §. XXIX.

Neque plus ponderis habent, quae ad

IV. proferuntur. Non capio, candide fateor, quid *et* adversarius indigitare velit, quando scribit: *Proceres Evangelici legibus ecclesiasticis hac ex parte jam dudum libera pactione tacita semetipsos subjecere.* Quae, quaeso, sunt ergo illae leges ecclesiasticae, quibus pacto tacito se subjecere? demonstratum est, nullas quoad Status Imperii *A. C.* addictos existere leges communes, quae ad valorem matrimonii, et praecipue ad id, ut liberi habeantur legitimi, copulam sacerdotalem requirant; legi autem non existenti nemo se tacite subicere potest. Quod autem propriis a se latis legibus subicere se voluerint, certe praesumi non potest, cum Principem lege a se lata haud obligari noto notius sit. Et quodnam est fundamentum, ex quo praetensum pactum tacitum voluntariae subjectionis colligi potest? siquod ostendi posset fundamentum, ex quo pactum istud tacitum inferretur, certe non esset aliud, quam quod Principes etiam suas nuptias mediante hac solemnitate contrahere soleant. Verum quam male ex istis factis ad pactum quod-

quoddam tacitum concludatur, mox ostendam. In vim pacti taciti quis obligatur, si factum tale posuerit, quod aliter explicari non potest, quam quod se alteri obligare voluerit. Quandocunque factum dubiae est interpretationis, et explicari potest, quin obligatio contracta dici debeat, omnis pacti taciti vis evanescit. Jam facta ista, quod Principes hierologiam nuptiis suis adhibere soleant, commode hanc recipiunt interpretationem, quod id faciant, quia ritus iste est pius, quia per eum facillima et optima contracti matrimonii fit probatio, quia per eam omnis litigii praescinditur occasio; igitur hoc modo explicari debent haec facta, ne contra prima juris principia in dubio pro obligatione contra libertatem pronuncietur. Deinde si obligatio copulam sacerdotalem adhibendi ex pacto tacito sit derivanda, necesse est creditorem hic intervenire, cui pacto suo tacite se Status *A.C.* addicti obligent; pactitia enim obligatio duas saltem personas requirit, cum nemo suus creditor et debitor esse possit. Quis autem hic creditoris nomine venire debeat, divinet alius. Neque etiam ex causis, quae motos Principes ritui hierologiae se submisisse vult BOEHMERUS in *I. E. P. Lib. IV. Tit. III. §. 55.*, tacita quaedam obligatio pactitia copulam sacerdotalem nuptiis adhibendi, ut vult *Cl. GATZERT*, evinci potest. Causae illae nil sunt, nisi momenta suadentia, et copulae sacerdotalis utilitatem commendantia; verum ex cautela adhibita male concludi ad obligationem pactitiam, lippis tonsoribusque notum est. Taceo plerasque causarum a BOEHMERO prolatarum erroneis superstructas esse suppositis. Sic supponitur in illis, quasi matrimonia absque copula sacerdotali contracta jure canonico nulla sint; quam parum autem hoc veritati cohaereat, in *cap. praecedente* deductum est. Similiter sup-

ponit BOEHMERUS suprema iudicia matrimonia a Statibus protestanticis absque solemnitate ecclesiastica contracta pro nullis reputare; sed hoc erroneum esse, ex §. 25. cap. praeced. patet. Argumentum, quod *cl. Adversarius* ex ore Principum mutuare vult, plus non probat, quam extitisse Principes, qui, quando ipsis utile videbatur, ejusmodi matrimonia ad excludendos a successione innocentes liberos omni robore destituta, et concubinatus assimilanda esse contenderunt. Non placet mihi testimonium ex ore eorum depromere, qui matrimonia haec, quando ratio status exigebat, valida esse contendebant; proinde etiam ex adverso ex ore eorum, qui testes in propria sua causa sunt, nil probari poterit.

§. XXX.

Quod ad

V. ab auctoritate desumitur argumentum, nullius omnino momenti est, cum ipse *cl. GATZERT* fateatur, sententiam meam vincere, si solus auctoritatum numerus spectetur. Interim miror, virum clarissimum varios in suas partes vocasse ICTOS celeberrimos, qui tamen ipsi non favent, imo potius adversantur. Celeberrimus *Pütterus*, quem profe testem producit, in *primis lineis juris privati Principum edit. II. Goettingae 1779.* scribit: *in quaestionibus — de nullitate matrimonii — suae quisque sequitur religionis dogmata.* Ostendi, *Augustanam Confessionem*, quae dogmata religionis protestanticae complectitur, ad valorem matrimonii copulam sacerdotalem non requirere; sequitur igitur ex sententia

tia

tia  
et  
pro  
hau  
bene  
classe  
cipe  
li ma  
de m  
potes  
verfar  
ipfi et  
cris ini  
nium se  
silius se  
Unde e  
subditi  
mibi ad  
docet,  
Illustri  
derivan  
canoni  
copula  
mano a  
timi, r  
hunc I

(a) B  
MAR



tia celeb. PÜTTERI matrimonia a Statibus Imperii A. C. additis absque copula sacerdotali contracta non esse nulla, proinde liberos ex ipsis progenitos in classem illegitimorum haud esse referendos. Praeterea *vir consultissimus* PÜTTERUS benedictionem sacerdotalem et proclamationem in eandem classem refert. Quam parum igitur matrimonium a Principe sine proclamatione contractum nullum, et liberi ex tali matrimonio nati illegitimi dici possunt (a); tam parum id de matrimonio sine copula sacerdotali contracto affirmari potest. NEUMANNUS invocatus aperte contradicit *cl. Adversario*, dum *l. cit.* scribit: *hanc benedictionem sacerdotalem ipsi etiam summi Imperantes adhibent, Pontificiis quidem sacris initiati, ex religionis, quam profitentur, quaeque matrimonium sacramentorum numero adscribit, necessitate; reliqui vero solius solennitatis ergo ex mera spontanea quadam voluntate. Unde et sequitur, eos istis ceremoniis et solennitatibus, quas subditi observare jubentur, plane non teneri.* Neque etiam mihi adversatur *perill. de SELCHOV*; hic enim *l. cit.* id tantum docet, quod ea, quae de copula sacerdotali in matrimoniis Illustrium dicenda sunt, ex juris privati placitis unice sint derivanda. Nomine juris privati hic certe intelligetur jus canonicum et romanum. Cum igitur demonstratum sit, copulam sacerdotalem neque jure canonico neque jure romano ad valorem matrimonii, et ut liberi dici possint legitimi, requiri, consentientem potius habeo praestantem hunc Ictum, quam contradicentem. Doctrinae STRYCKII

G 3

oppo-

(a) BOEHMERUS *in jure parochiali. Sect. 4. Cap. 3. §. 7. L. B. de CRAMER obs. Tom. II. obs. 515.*

oppono, quod ipse STRYCKIUS (b) de solemnitatibus nuptiarum hodiernis scribit: *benedictio sacerdotalis non tantum in privatorum nuptiis adhibetur, sed etiam ipsi Principes eam non omittunt, non tamen necessitate ad illam adstricti.*

§. XXXI.

Quae vero ad

VI. b. CRAMERI hac de controversia sit sententia, parum refert. Quomodo enim haec adversus communem fere Doctorem sententiam, atque adeo contra ipsa supremorum Imperii Tribunalium judicata praevalere potest? interim non videtur mihi vir hic immortalis memoriae adversari, aut saltem suam mutasse sententiam, quod inde colligo, quia scribit (a): *Pone, quod matrimonium solemniter celebratum non fuerit, quod Parochus ei non adstiterit, quod benedictio sacerdotalis non accesserit, quod nulli testes interfuerint, num reus propterea renunciandus erit spurius? cum in eo versetur casu, ubi Tridentinae constitutiones nulla auctoritate polent, aliam quoque sententiam ferre oportebit. Nimirum dato casu matrimonium saltem clandestinum adesse, ea, quae supra adducta sunt, luculentissime demonstrant. Unde et sua sponte fluit, quod procreati ex eo liberi legitimi haberi debeant, cum ea communis et vulgata Protestantium doctrina sit. Ita namque PISTOR scribit: cum solus consensus necdum carnali copula*  
acce-

(b) In usu moderno Pandectarum Tit. de ritu nuptiar. §. 25.

(a) L. cit. §. 5.

accedente matrimonium constituit, atque sponsalia de futuro, saltem subsecuta carnali copula, instar matrimonii obtineant; utique filius post ejusmodi sponsalia natus non minus videtur legitimus, quam si matrimonium jam in conspectu Ecclesiae consummatum esset. Adstipulatur MEVIUS verbis: copula sacerdotalis per Ecclesiae introductum ritum ad decentius meliusque esse quidem, non tamen ad substantiam matrimonii necessaria est.

### §. XXXII.

Argumentum, quod ad

VII. ab exemplo, quod in celsissima familia S. R. I. Comitum, nunc Principum Schwarzenbergenfium vergente seculo XV. contigit, depromi vult, omni omnino efficacia destituitur. Nam plus ex eo non evincitur, quam quod matrimonia inter catholicos absque copula sacerdotali contracta ex catholicorum principiis nulla, et liberi inde progenti illegitimi sint; hic autem est quaestio de natalibus liberorum e matrimoniis S. R. I. Principum Comitumve A. C. addictorum, solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta omni solemnitate ecclesiastica contractis natorum. Praeterea in causa illa Schwarzenbergica nullum contractum fuerat matrimonium, imo nulla sponsalia, ceu id ipsum in sua relatione (a) Consiliarius Imperii aulicus de ANDLER observat. Ad haec Imp. FRIDERICUS III. in suo edicto an. 1448. dicit, *das die Bewingerin* (de cujus liberis quaestio erat) *einer Mann gehabt*. Atque inde est, quod de ANDLER in sua relatione (b) sequentem rationem decidendi adducat: *notus est*

(a) Num. 88.

(b) Num. 91.

*est juris canonici titulus, quod non liceat ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulterium.* Denique in causa Schwarzenbergica, quaestio erat de liberis ex matrimonio inaequali natis.

§. XXXIII.

Neque etiam video, quo fundamento ad

VIII. adstrui possit, sententiam hanc, quod liberi e matrimonio S. R. I. Principum Comitumve A. C. addictorum solo mutuo consensu matrimoniali, neglecta omni solemnitate ecclesiastica, contractis nati legitimi sint, splendori ac dignitati familiarum illustrium vehementer adversari, eidemque plane minari ruinam. Suppono, legitime constare et probari posse, quod inter parentes horum liberorum, de quorum natalibus quaestio est, vere et actu matrimonium contractum sit. Jam si de hoc constet, omnis cessabit metus conflictionis cujusdam, quae inter prolem ex matrimonio sine sacerdotali copula contracto natam, et inter alteram, quae e nuptiis, quae copula sacerdotalis accessit, nata est, oriri posset; cessabit omne periculum, ne pure et incontaminate avita propagetur nobilitas. Non nego, copulam sacerdotalem opportunissimum esse justarum nuptiarum testimonium publicum, ideoque etiam illius usum ipsis Principibus suadendum esse. Verum ex eo, quod una nuptiarum contractarum probationis species sit praetermissa, male inferitur, nuptias hoc ipso nullas esse, si tamen alia ratione probari possit, eas vere et actu fuisse contractas. Fateor consulto facere Principes, si nuptias suas summis cum solemnitatibus contrahant, siquidem hic magis, quam inter privatos

tos interficit, ut de nuptiis vere contractis constet. Inde tamen non sequitur, Principem nulliter contrahere matrimonium et liberos procreare illegitimos, si minus solemniter matrimonium, sed ita tamen contrahat, ut de nuptiis vere contractis indubitato constet.

#### §. XXXIV.

Quantum ad exemplum ad

IX. prolatum attinet, illud ad casum praesentem omnino non pertinet. Procreaverat Antonius Comes Isenburgicus cum filia pastoris cujusdam filium Joannem Ottonem, qui successione jura sibi arrogare conabatur. Summo certe jure huic tanquam ex matrimonio notorie inaequali progenito successione jus a Comitibus Wetteravicis negabatur. Mihi non est sermo de filiis Principum ex matrimonio notorie inaequali natis, sed de illis tantum, qui ex matrimonio aequali, sed absque omni solemnitate ecclesiastica contracto progenerati sunt.



#### §. XXXV.

Neque etiam ad

X. adstrui potest, quod soboles personarum privatarum *A. C.* addictarum ex matrimonio absque copula sacerdotali contracto natae non in regula, sed per modum exceptionis tantum, scilicet si vel dolo vel morte alterutrius copula sacerdotalis fuerit impedita, sint legitimae;

H

cum



cum enim in regula nulla ipsis obstet juris communis dispositio, et lex quaedam specialis tale matrimonium irritans, liberosque pro illegitimis declarans, ut suppono, non extet, etiam in regula pro legitimis natalibus erit pronuncian- dum. Praeterea, si etiam liberi privatorum ex ejusmodi matrimonio nati propter specialem juris cujusdam statutarii dispositionem pro illegitimis declarandi essent, inde tamen male concluderetur ad liberos e Statibus Imperii A. C. addiſtis natos, cum hi lege sua sint superiores, et ob supremam, qua circa sacra pollent, potestatem omnia ea circa matrimonium abrogare et mutare, atque in iis omnibus pro territorio suo dispensare possint, quae nec jure naturali, nec divino, nec lege quadam Imperii fundamen- tali praecepta aut prohibita sunt. Denique vix unquam eveniet casus, ubi causa praetermissae copulae sacerdotalis non vel in dolo vel morte alterutrius sponforum fundetur; sic- que quod per modum exceptionis allegari vult, regulam constituet.

#### §. XXXVI.

Superessent adhuc varia, quae hanc in rem prolixius deduci possent; verum cum unice *cl. GATZERT* respondere, et quidem ita respondere voluerim, ne Disſertatio acade- mica mutata forma in tractatum degeneraret, benevolus lector amice condonabit, me speciminis inauguralis loco non plus scripsisse, sed

T A N T U M.

POSI-

# POSITIONES

EX

## UNIVERSO JURE.

---

### EX JURE NATURAE ET GENTIUM.

- P**rimum aliquod et unicum universale juris naturalis principium vix datur, illudque indagare velle, inutile est.
- II. Venenorum in bello usus jure naturae et gentium universali solum contra ipsam militis hostilis personam licite adhiberi potest.
  - III. Pacta inter gentes licet metu bellico extorta sancte servanda sunt.
  - IV. Sanctitas et inviolabilitas legatorum fundatur in jure naturae.
  - V. Summus Imperans represaliarum exercendarum jus habet.
  - VI. Hosti licet hostis cives ad rebellionem et seditionem sollicitare.

### EX JURE PUBLICO IMPERII.

- I. Potestas legislativa licet sit penes Imperatorem et Status, Imperatori tamen specialia quaedam competunt reservata, penes quem etiam Majestas Imperii residet.
- II. Jus eligendi Imperatorem penes solos hodie Electores Imperii est, quibus etiam solis competit jus capitulationem praescribendi.
- III. Extrema necessitas salutem Imperii periculo exponens Imperatorem excusat ab obligatione capitulationis.
- IV. Elector ecclesiasticus, quamprimum electus vel postulatus est, votum dare potest in electione Imperatoris.
- V. Inter ipsos Status Imperii sicut omnis Autodikia, ita et in specie represaliae tam in causis politicis, quam in causis religionis prohibitae sunt.
- VI. Clausula Art. IV. Pacis Ryswicensis justa est, a Statibus Imperii protestanticis acceptata, et per Pacem Badensem et Viennensem confirmata, atque hinc hodie sancte servanda.

- VII. Summum Pontificem vacante Imperio feuda Imperii conferre posse, aut unquam potuisse, non minus fabula est, ac ipsum adeo Imperium feudum Pontificis unquam fuisse.
- VIII. Nobiles immediati S. R. I. legibus politicis Statuum Imperii, ubi degant, tenentur.

### EX JURE PUBLICO ECCLESIASTICO.

- I. Imperator jus primariorum precum in Ecclesiis Germaniae absque indultu Pontificis recte exercet.
- II. Annus decretorius collegia opificum non concernit.
- III. Jus eundi in partes tantum in causis religionem directe vel indirecte tangentibus, neutquam vero in causis politicis locum habet.
- IV. Ad legitimam in partes itionem sola majora illius partis, quae a reliquo corpore secessum facit, minime sufficiunt.
- V. Duo in Imperio corpora, Catholicorum unum, Protestantium alterum ignorant leges Imperii, hinc peculiaris Pacis Westphalicae Guarantia corpori sic dicto Evangelicorum temere adstruitur.
- VI. Dominis territorialibus catholicis competit in subditos suos protestantes jurisdictio ecclesiastica.
- VII. Elector Archiepiscopus sacro duntaxat pallio carens rite inungit Germanorum Regem.
- VIII. Primogenitus principalis cujusdam familiae, in qua jus primogeniturae viget, defuncto patre Principe in feuda Imperii jure succedere potest, licet clericus sit in majoribus ordinibus constitutus.

### EX JURE ECCLESIASTICO PRIVATO.

- I. Archiepiscopus potest uti pallio in Ecclesiis exemptis suae provinciae.
- II. Dignitates ecclesiasticae in Germania vi concordatorum alternativae mensium non subjacent, nec S. Sedi Romanae sunt reservatae. Neque beneficia dubia, an in mense papali an ordinarii vacaverint.
- III. In dubio omnis beneficii collatio penes ordinarium est.
- IV. Licet decimator longissimo tempore loco decimarum pecuniam vel aliam rem acceperit, hoc non obstante potest decimas in natura ex gere.
- V. Religiosus apostata non gaudet jure succedendi.
- VI. Clericus domicellaris ob assumptam militiam beneficium suum ipso jure non amittit.



## EX JURE PRIVATO PRINCIPUM.

- I. Principes Imperii gaudent jurisdictione in suos liberos.
- II. Princeps minorennis indulgentia Imperatoris majorennis declaratus non accipit hoc ipso simul tutelam in fratres impuberes.
- III. Plenario judicii possessorii commodo subditus in actione contra Principem non est privandus.
- IV. Principes Imperii Majestate non gaudentes in testamentis suis solemnita juris communis servare tenentur.
- V. Inter Principes Imperii, quantum ad res eorum privatas, habet locum praescriptio quadragenaria.
- VI. Pater Elector potest filio suo impuberi testamentarium dare tutorem.
- VII. SCtum Macedonianum in ipsis Germaniae Principibus admittendum est.
- VIII. Apanagiati regulariter non sunt subditi Principis regentis.

## EX JURE CIVILI.

- I. Minor contra aditam hereditatem citra probationem laesionis in integrum restituendus est.
- II. Quasi contractus et quasi delicta inter fragmenta refero.
- III. Consuetudo irrationabilis non omni effectu destituitur.
- IV. Praesens contra absentem in causa praescriptionis non gaudet beneficio restitutionis in integrum.
- V. Emptori competit actio publiciana pro re amissa, quam emit cum errore facti, e. c. a minore.
- VI. Pactum displicentiae nec in heredes, nec in ullos alios transit, sed personae emptoris tantum cohaeret.
- VII. Monstra successionis commoda transferunt.
- VIII. Testamentum mulieris parturientis non valet, in quo feminae testes adhibitae fuerunt.
- IX. Ususfructus non amittitur propter gravem abusam.
- X. Erronea est opinio, illi, qui semiplene probavit, juramentum praecise suppletorium esse deferendum.

## EX JURE GERMANICO.

- I. Nobilis emens praedium operis rusticalibus obnoxium non potest se iisdem eximere ob personae qualitatem.

- II. Defendens se in palatio principali et aggressorem pugno aut gladio petens pacem Burgensem quandoque violat, quandoque non.
- III. Fundamentum census emigrationis aequae ac detractus est nexus inter rempublicam ejusque membra intercedens.
- IV. Ex mortuarii praestatione non potest inferri, obligatum ad illud inter homines proprios referendum esse.
- V. Gabella detractionis vel emigrationis, nisi pretium ex re vendita reductum ex uno territorio in aliud territorium de loco ad locum transferatur, non est detrahenda.
- VI. Quid justum sit et aequum in exactione decimarum solani tuberossi, explicabo.

### EX JURE CAMBIALI.

- I. Negotium cambiale Romanis et Germanis antiquis plane incognitum fuit, ac probabilius illius inventio Venetis ac Genuensibus debetur.
- II. Contractus cambialis ad nullam contractuum romanorum speciem referendus est.
- III. Ex R. I. N. §. 107. jus cambiale Imperii commune deduci haud potest.
- IV. Maxima est cambii et obstagii differentia.
- V. In avallo omnia ex jure cambiali dijudicanda sunt.
- VI. Feminam mercatricem in re mercatoria ex cambiis valide obligari certum est.

### EX JURE FEUDALI.

- I. In causis clericorum feudalibus forum competens est penes judicem laicum.
- II. Felonia a Praelato commissa haud nocet Ecclesiae.
- III. Vicariis Imperii non competit jus investiendi de feudis Principum ecclesiasticorum et Abbatum immediatorum.
- IV. Feudum Imperii regale a Statu Imperii absque Imperatoris consensu oppignorari integrum nequit.
- V. Feuda de Camera et Caneva regulariter personalia praesumuntur.
- VI. Repudiata hereditate patris filius feudum ex pacto et providentia majorum retinere potest.

### EX JURE CRIMINALI.

- I. Liberum est Statibus Imperii C. C. C. contrarias ferre leges.

II.

- II. Hallucinantur, qui torturae usum universaliter damnant.
- III. Nobilis immediatus in terris Statuum delinquens non subiacet eorum jurisdictioni criminali.
- IV. Status Imperii in Imperatorem crimen laesae Majestatis committere posse probabilius est.
- V. Restitutio rei ablatæ vera poenam mitigandi causa est.
- VI. Confessio rei ad poenam ordinariam haud requiritur.

### EX PRAXI IMPERII COMMUNI ET SUPREMORUM IMPERII TRIBUNALIUM.

- I. A rejecta reconventione recte appellatur, etiamsi petitio in reconventionem summam appellabilem non attingat.
- II. Reum non teneri ad edenda instrumenta oppido falsum est.
- III. Causa juramento necessario decisa compensandæ sunt expensæ, et sic quoque in appellationis instantia in expensas condemnari nequit, qui in prima instantia vicit.
- IV. Jurisdictio supremorum Imperii Tribunalium ex L. un. C. quando Imper. inter pup. haud est fundata.
- V. Non sola citatio, sed quodcumque iudicis decretum parti debite insinuatam fundat præventionem fori in iudicio Imperiali aulico, non vero in camerali. Præplacet sententia prior.
- VI. Privilegium de non evocando aut non appellando haud obstat, quominus jurisdictio supremorum Imperii Tribunalium ex continentia causarum fundari possit.
- VII. Extrajudicialis introductio remedii restitutionis in integrum in iudicio Camerae Imperialis per conclusum visitationis novissimæ de VI. Maji MDCCLXVIII. generatim non est sublata.
- VIII. In recursu ad Comitiam a supremo alterutro Imperii Tribunali informatio prius exigenda est.


### EX JURE STATUTARIO MOGUNTINO.

- I. Fructus ultimi anni debentur superstiti conjugii, licet sit conjux secundi thori et instituta in portione filiali, et etiamsi adsint liberi prioris thori.
- II. Ex eo, quod Statuta Moguntina ad testamentum iudiciale præsentiam duorum scabinorum et actuarii requirant, non sequitur testamentum coram

- coram iudicio satrapali, i. e., Satrapa et satrapiae actuario conditum non valere.
- III. Filius emancipatus in testamento, in quo pater heres scriptus est, jure communi testis esse potest. Statutarium Moguntinum hunc casum non decedit; videtur ergo ex jure communi explicandum esse. Praeplacet tamen contrarium.
- IV. Juxta Statutarium Moguntinum ut mulier pro marito fidejubens beneficio *Auth. C. si qua mulier* renunciare possit, requiritur, ut renunciatio facta fuerit coram iudice competente. Ex hoc videtur fluere, quod mulier pro extraneo intercedens beneficio S<sup>C</sup>ti Vellejani non gaudeat, si praevia certioratione ei etiam extra iudicium renunciaverit. Mihi tamen videtur et hanc renunciationem judicialiter fieri debere.
- V. Mulier mercatrix juxta Statutarium non tantum pro tertia tenetur creditoribus, sed in solidum. Quenam autem mulier dicenda sit mercatrix, in Statutario definitum non est. Praxis moguntina illam tantum pro mercatrice habendam esse definit, quae expressum societatis contractum cum marito iniit. Mihi liceat dissentire.
- VI. Maritus potest in praevjudicium liberorum suorum primi thori renunciare acquestui, et illum tribuere secundae conjugi in iis, quae stante secundo thoro acquisivit.
- VII. Ex tit. IV. §. 4. juris Statutarii videtur inferri posse, privilegium dotis mulieri in concursu creditorum competens etiam ad bona paraphernalia esse extendendum. Contrarium tamen probabilius est.
- VIII. Communio bonorum inter conjuges Statutario Moguntino introducta non continuatur cum liberis matrimonio per mortem alterutrius conjugis soluto, ita ut liberi jure defuncti parentis gaudeant,



ondina  
opus est,  
m hanc  
um est.  
eni be-  
nt re-  
fluere,  
ni non  
laverit.  
debere.  
enerat  
nda sit  
illam  
um so-  
renun-  
stante  
m do-  
te pa-  
est.  
ntro-  
eru-  
nt.



© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Gray Scale

A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B					W	G	K				C	Y	M			

© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Color Control Patches

Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow	Green	Cyan	Blue										
19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

Centimetres

Inches

